29

CASP. FRID. SCHAMBERGII

I. V. D. SVPREMAE ELECTORALIS CVRIAE
ADVOCATI

DISSERTATIO IVRIDICA
DE

IVRE DIGITORVM

Vom

Finger-Rechte.

QVAM
IN ACADEMIA LIPSIENSI
MENS. SEPT. A. MDCCXV.
PVBLICE DEFENDIT
RESPONDENS
Curth. HENRICVS DE EINSIEDEL,
auf Weißbach und Dittersdorff ꝛc.
OB ARGVMENTI PRAESTANTIAM DENVO
TYPIS EXPRESSA.

LIPSIAE,
PER GODOFR. AVGVST. STOPFFELIVM.
MDCCXLVII.

(10)

PROOEMIVM.

Curioſitate in vita mortalium nihil eſſe magis ſalutare, majorique conjunctum cum utilitate veritas evincit, experientia approbat, ac perapte SAMVEL STRYK *Diſp. de Curioſitate. Fr. 1677.* edocet. Curioſus hinc juxta *L.3. §.9. ff. de in rem verſo*, eſſe debet creditor, quo vertatur pecunia, imo curioſum ſeſe exhibere circa perſonarum ſtatum ac conditionem, circa jura nobis aliisque competentia, modumque ea in judicio proſequendi, emolumentum nobis conciliat mirificum, COCCEIVS *Diſp.*

de Curiositate legali proficua C. 1. 2. & 3. Fr. 1696. Accidit hinc, dum quis de libro alioque concinnando sollicitus est scripto, ut summa cura ac studio in eam inquirat materiam, quæ ex novitate aliquem haurit splendorem. *Plagiarios enim & compilatores non potest ferre novissimi moris genius, neque delectatur centonum consarcinatoribus, qui ex libris nonaginta novem sine convenienti ratione conficiunt centesimum.* LANGIVS *Disp. de eo quod moris est novissimi in Republ. literaria,* von der neuesten Mode der gelehrten Welt. *C. 2. §. 3.* Meretur itaque curiositas laudem, ac conatus nova proferendi justissimus est nominandus. Interim ut unaquæque res, limites si excedantur justi, in malam degenerat, ita haud immerito novitatis studium mox vituperabile appellandum, cujusmodi exempla apparent in Magnif. RECHENBERGII *Disp. de Novitate in Republ. noxia & innoxia,* mox risu existit dignum, si circa ejusmodi versatur materiam, quæ nihil prorsus in se continet commodi. IOH. BRVNNEMANN *Disp. de* πολυπραγμοσύνη von Einmischung in mancherley Händel. *Th. 9. Fr. 1670.* Quicquid vero hucusque de curiositate novitatisque in medium protulimus studio, nullum alium diximus in finem, quam ut dissertationi de *Jure Digitorum,* Tuis nunc L. B. quæ subjicitur oculis, quæreretur patrocinium. Calcar addidit materiæ utilitas pariter atque novitas, novum si dicendum multum cui & inest antiquitatis. In antiquitate enim novitas, in novitate antiquitas est agnoscenda, & possunt aliqua, quæ nova in se non sunt, nova esse vicissitudine.

Imo

Imo fons novitatis videtur quoque esse nova rerum pristinarum conjunctio aut separatio. Sit itaque hocce thema, cum, quantum mihi constat, nullus illud data opera examinaverit, inter novo antiqua referendum. Restat, ut eos quoque, sibi qui persuadent, *Digitorum* tractatio ac si Medicis esset relinquenda, atque hinc nobis quasi in aures susurrant: *Ne sutor ultra crepidam*, in certiorem reducamus tramitem. Nec est, ut digitum a proposito discedamus transversum: Jurisprudentia enim juxta *L. 1. ff. de J. & J.* objectum habet amplissimum, complectitur res divinas, humanas, omniaque facta, de quibus juris moveri potest quæstio. Accedit & hoc, summos sæpe JCtos ejusmodi materias sub juris vocasse incudem, quæ primo intuitu ad Medicorum spectant scholam. Prodeat exempli nomine famigeratissimus JCtus, G. T. SCHWENDENDOERFFERVS, qui anno 1663. in cathedra Juridica *de Medicorum anatomia Jure divino humanoque licita*, disseruit. Prodeat celeberrimus Jenensium Professor, ADR. BEIERVS, qui dissertationem *de Manibus* conscripsit. Prodeat denique consultissimus SCHOEPFERVS, cujus dissertatio *de Pulmone infantis natante & submergente*, non solum in Francofurtensi Musarum sede ventilata est, verum lucem denuo exscripta typis asspexit. Cum itaque JCtorum auditoria ab anatomiæ, pulmonis manusque non abhorreant tractatione, *Digiti* quoque optimo jure ibi sibi vindicant locum. Pace itaque Tua, L. B. sub auspiciis sapientissimi corporis humani fabrica-

toris, manum admovemus operi, quippe ſine cujus gratia nihil prorſus peragi poteſt, id ſaltem abs Te orantes atque contendentes, aliquid ſi invenias, ut invenies, Tibi quod minus ad palatum, id monente AHASVERO FRITSCHIO *in Parœneſi de cavenda ac fugienda in refutandis aliorum ſcriptis ac opinionibus convitiandi libidine ac acerbitate, Jen. 1674.* pro conſveta modeſtia corrigas modeſte.

CONSPECTUS
CAPITIS PRIMI,
DE
DIGITIS IN GENERE.

§. I.
De varia manus significatione.

§. II.
De digitorum acceptione.

§. III.
De conniventia & obedientia ad nutum.

§. IV.
De Silentio.

§. V.
Vom Daumen halten.

§. VI.
Transitus.

§. VII.
Descriptio digiti.

§. VIII.
De lusu naturæ cum digitis.

§. IX.
De causa longitudinis diversæ, prærogativa & muneribus digitorum.

§. X.
An mutilati quoad digitos sacerdotii, feudorum, matrimonii, aliorumve jurium sint capaces, numque in actu resurrectionis mutilatio cessatura sit.

§. I.

Manus varia exceptio.

Manus in Jure sæpissime fieri mentionem, variumque ejus esse significatum, nulla profecto indiget probatione. Et ut omnes prope res mox vocabulo naturæ suæ perapto exprimuntur, mox figuratum continent sensum; ita manus quoque modo membrum, ipsum corpus quod ornat humanum, denotat, prout apparet ex *Strykio de Jur. sens. Diss.* 7. C. 1. *n.* 4. *sqq Wildvogelii Dp. de Jure manus dextræ,* vom Rechte der rechten Hand, *Art.* 1. §. 1. *Jen.* 1700. modo alium com-

comprehendit e contrario ſenſum. Quare figuratæ ſignificationis exempla appetentes varia reperire queunt. Quis neſcit, ſimultaneam inveſtituram undiquaque conjunctam vocari manum, v. *Joh. Alemann Tr. de Vigore conjunctæ manus. Adr. Beier Dp. de conjuncta manu,* von geſambter Hand *Jen.* 1697. Quem latet, manus nomine prudentiam venire circa vitandas, quæ nobis ſtruuntur, fraudes, ut egregie demonſtrat *Joh. Schulze Diſp. de manu oculata. Gedani* 1693. Cui ignotum, per manum ſignificari poteſtatem *L.*4.*ff.d.J.& J.L.* 2.§.1 *ff. de O.J. Adr. Beier. Diſp. de manu regia & militari Theſ.* 2. *Jen.* 1668. ſignificari etiam manus miniſterium in traditione adhibendum, *Struv. Diſp. de brevi & longa manu. Jen.* 1662. Quem fugit porro, manus dum nominatur, nominari datam fidem, vid. *Kirchmaieri Diſp. de dextra fideque Viteb.* 1694. indicari injuriam realem, *Pet. Schulze Diſp. de manu in parentes injurioſa Fr.* 1694. ſignificari certis in caſibus eccleſias collegiaque, *Schwendendörffer Diſp. de manu mortua Lipſ.* 1677. Denique opus quoque denotat a noſtris profectum manibus, quo in ſenſu, dum de Inſtitutionibus Juſtinianeis opera *Triboniani* concinnatis agit, accipitur ab *Ad. Beiero in Progr. de manu Triboniani Jen.* 1694.

§. II.

per digitum menſurandi aquam intelligitur modus.

Quemadmodum manus itaque variæ deprehenduntur ſignificationes; Ita cum digitis pariter res ſeſe habet. Nonnullis ſaltem id ut illuſtremus exemplis, ad *L.* 37. *ff. de Servit. præd. ruſtic.* ſtatim nos convertimus, ubi verba nobis ſeſe offerunt ſequentia. *De aqua fluente in fontem concedo tibi gratuito digitum.* Quæſtio igitur exinde movetur, quidnam in all. lege per digitum intelligatur, ſane a *Gloſſa* dum petimus explicationem, idem eſſe ac aquæ fiſtulam, addiſcimus. *Digitus idem eſt ac quantum fluit per digitum ſtatuæ vel imaginis, per cujus foramen ſtillat aqua.* E contrario aquarum modulos olim ad digitorum aut ad unciarum menſuram fuiſſe inſtitutos, colligimus *ex Struvii Diſp. de*

Aquæ

Aquæ ductibus Sect. 11. *C.* 2. §. 4. *Jen.* 1666. cui sententiæ & applaudit *Sam. Reyher Disp. de Natura & Jure aquæ atque aquæductuum. C.* 5. *n.* 38. *seqq. Kilon.* 1693. ita describens digitos: *Digitus est mensura ad quam modulia quarum instituuntur, & est sexta decima pars pedis. Digitus est quadratus tribus quartis decimis suis rotundo major. Digitus rotundus tribus undecimis suis quadrato minor est, quia annuli deteruntur.*

§. III.

Connivebis *L. B.* si in præsens a legibus civilibus ad vitam communem mea sese convertat tractatio, ibique, quomodo veniant digiti, paucissimis observem. Nec est, ut multum laboris inveniendis impendamus exemplis. Offert sese statim vocabulum *connivere*, durch die Finger sehen. Et quis ab experientia non edoctus, multum conniventiæ inesse momenti. Haud raro enim incredibilis infortunii merito vocatur genitrix, prout demonstrat *Petr. Muller. Disp. de Conniventia Jen.* 1690. Ea est, quæ efficit in liberis discipulisque, ut cesset obediendi promtitudo, cum tamen de eo sint sollicitæ ejusmodi personæ, quibus vel natura vel alio modo educandi tradita est provincia, ut parentes ad nutum essent parati, daß sie, wenn man ihnen nur einen Finger weiset, so gleich pariren. Nam ex nimia conniventia, familiaritas & ex nimia familiaritate juxta *L.* 19. *ff. de off. præs.* dignitatis provenit contemtio. Quare eos præceptores, qui vinculum fraternitatis cum discipulis junxerunt, gravi afficiendos esse pœna, asserit *Sam. Stryk. Disp. de Jure præceptorum C.* 5. *n.* 35. *Fr.* 1685.

De Conniventia, durch die Finger sehen.

De Obedientia ad nutum.

§. IV.

Silentium mox laudabilis, mox vituperabilis nominanda est res, nihilque æquitati convenientius, quam ut is præmiis afficiatur, qui ea, fidei suæ quæ concredita, nemini nec hostibus quidem aperit; e contrario ii quoque, qui adeo

Modus loquendi, digito labia compescere.

adeo rimarum ſunt pleni, ut omnia patefaciant, maximis ſubjiciantur pœnis. Sic ponamus caſum, vaſallum revelaſſe credentiam Senioris, per textum 1. *F.* 17. feudo eſt privandus. *Willenberg Diſp. de Vaſallo Epichærecaco* als einen Schadenfroh, *C.* 2. §. 40. *Fr.* 1700. Finge advocatum ſecreta cauſæ ſibi demandatæ debito modo non celaſſe, is certe prævaricationis crimen & pœnam incurrit, *L.* 1. *pr. ff. de Prævaricat. Carpz. P.* 1. *Dec.* 91. *n.* 7. *Sam. Stryk Diſp. de Credentiæ revelatione C.* 4. *n.* 23. *Fr.* 1675. *Frid. Gerdeſius de Jure Revelationis* von Offenbahrungs-Rechte, *C.* 2. §. 10. & *C.* 5. *Gryph.* 1673. Commendanda hinc parentibus ea educationis ratio, quæ incompeſcenda garrulitate conſiſtit, & utinam iſti Lycurgi exemplum ſequentes ſedulo adhortarentur ſuos, ut digitis compeſcerent labia, *conf. Ludovici Diſp. de Impoſitione ſilentii C.* 2. §. 14. *Hal.* 1711. *Scarlatinus de Homine & ejus partibus T.* 1. *p.* 222.

§. V.

Vom Daumen halten.

Ad eos nunc quoque procedendum, qui *fortunam ſibi* optant fautricem, & conſiderandum, quid *digiti ibi ſignificent*. Multi enim cum deſiderent inter *filios* albæ referri gallinæ, ad ſuperſtitioſa progrediuntur remedia. Prodeat itaque ejusmodi, qui dem Daumen halten in Spiele, maximum adſcribit effectum, nonne is digitum inſtar conciliatoris bonæ fortunæ intuetur? Sed quo fundamento ea nitatur opinio, vix ac ne vix quidem cogitatione comprehendere poſſum. Etſi enim concederemus, dari fortunam, quam plurimi quod negarunt, nondum tamen ſequitur, hac ratione eam reddi poſſe faventem, *Felix Spiz Diſp. de Fortuna C.* 1. §. 5. *Altd.* 1694.

§. VI.

Tranſitus.

Abſit vero, ut diutius circa varium digiti hæreamus ſenſum, cum curioſo lectori de ea re Lexicorum compilatores ex aſſe ſatisfaciant. Et ne videamur ultra verba, quæ

tamen

tamen citra omnem dubitationem Juris consultorum inquisitioni subsunt, ut egregie testatur *Ad. Beier Disp. de Orthographia & Prosodia Jen.* 1692. ac si non saperemus, res ipsa erit aggredienda. Illi enim, qui nuda tractant verba, similes judicandi Judæo cuidam, per signum crucis spectrum fugare volenti, cui respondit spectrum: Adesse vas signatum quidem, sed vacuum. *Ludovici Disp. de ICto sine lege loquente,* §. 6. *Hal.* 1700.

§. VII.

Descriptionis necessitatem inculcant Philosophi, & approbant leges, hinc ne in eas impingam, quo sensu mihi veniat digitus, paucis explicabo. Est itaque digitus membrum corporis humani, exterius, prominens, instrumentale & ministeriale ad actus, (quos infra enarrabimus) a mente conceptos, edendos idoneum ac necessarium. Membra esse digitos, nostra declarat allata descriptio. Cum vero lis adhuc sub judice sit, nomen an mereantur membri, non possumus non paululum hic subsistere. Expetentes enim responsionem *a Bart. ad L.* 2. *ff. de Publ. judic. n.* 13. *Gonzal. Var. Quæst. C.* 22. *n.* 13. *conf. Ant. Concioli Resol. Crim. p.* 449. experiemur, neutiquam digitos esse membra. Verum enim vero cum in agendo digitorum incredibilis consistat necessitas, manuumque usus inprimis digitorum præsentia suffulciatur, v. *Zachias in Quæst. Med. Legal. p.* 457. *n.* 8. merito a negantium classe divortium facimus. *conf. M. Dan. Schreiteri Disp. de Volunt. Corp. mutilatione* §. 9. *Lips.* 1689. Nec obstat, quod homines in lucem prodierint, qui vel nullos vel mutilatos habuerint digitos, nihilominus tamen actiones alias, mediantibus digitis peragendas, peregerint, cujusmodi exemplum inprimis in puero Coburgi nato, cognomine *Thoma Schweickero* ante paucos apparuit annos: nam cum merito ea corporis forma ac constitutio naturæ vocetur error, minus accurate validum exinde struitur argumentum.

Descriptio digiti.

Digitus num sit membrum.

§. VIII.

De Lusu naturæ ratione digitorum.

Perspeximus itaque existere homines nullis ornatos digitis; extant nonnulli quoque, qui breviores aut plures habent, quam ordinarie fieri solet, item quibus digitorum loco belluinos dedit natura ungues, vel qui unguibus humanis, qui in digitis alias apparent, prorsus destituuntur. *v. Zach. Quæst. Med. legal. p.* 74. *n.* 3. De his vero quid sentiendum, nostri non est instituti, explicare, interim monstra ejusmodi homines minus recte nominari, certissime nobis persuademus. Hinc feudorum sunt capaces 2. *F.* 36. *conf. Horn. Jurispr. feudal. C.* 15. §. 12. ad nuptias sunt admittendi, nec actio redhibitoria ab ejusmodi in mancipio naturæ commisso errore conceditur, *v. L.* 10. *§.* 2. *ff. de Ædil. edict. Si quis plures digitos habeat sive in manibus sive in pedibus, si nihil impeditur numero horum, non est in causa redhibitionis &c. Struv. Synt. J. Civ. h. t. Th.* 5. *ibique Mullerus*, rumpunt testamentum. *Stryk de Caut. Testam. C.* 4. *§.* 41. si vel casu vel natura unus vel plures desint digiti. Hæredes sunt instituendi. *Wildvogel. Dp. de Casibus non dabilibus C. I. §.* 5. *Jm. Weber de Jure monstrorum §.* 6. *Giss.* 1712. *Zaunschliver Dp. de Jure monstrorum Th.* 3. argumentum qui desumit ab homine ambigui sexus. *L.* 10. *ff. de stat. hom. Marb.* 1684. Antequam vero de naturæ cum digitis lusu loquendi finem facio, eorum merito quoque injicienda est mentio partuum, qui juxta *L.* 14. *ff. de Statu hom.* membrorum humanorum ampliarunt officia, ac sex pluresque habuerunt digitos, universasque familias reperiri, quibus insignium instar digitorum fuit multitudo, ex historiarum monumentis satis superque constat, raræque fortitudinis signum, nimium digitorum esse numerum olim nonnulli putarunt. Ut vero in adjungendis membris natura sese exhibet prodigam, ita nimis quoque liberalis nominanda est, digitos nonnullorum hominum longiores ac aliorum formando, quod de Mariæ refert ac laudat digitis *Joh.*

Bapt.

Bapt. Porta Physiognom. L. 2. C. 42. conf. Sam. Stryk Dp. de Manu stipulata & porrecta. C. 1. n. 21. Fr. 1680.

§. IX.

Ordo nunc postularet, digitorum afferre variam divisionem, quibusque ex articulis constent, oculis *B. L.* repræsentare, cum vero ea res partim in vulgus nota, partim ex Medicorum faciliori opera addisci queat commentariis, sicco ea transgredior pede, *conf. Oct. Scarlatinus de Homine & ejus partibus. T. I. p.* 218. Sed quæ quæso ratio, unum alterum digitorum longitudine superare? Multi multas hac de re fovent sententias, mihi arrident verba ac responsio, quam suppeditat *P. Müller Dp. de Annulo pronubo* vom Trauringe, *Th. 9. n. 9.* qui id unice adscribit divinæ sapientiæ, magisque putat decorum esse & ad apprehendendum aptum, quam æquali longitudine si gauderent. Prærogativam quoque constituunt permulti inter digitos, & inprimis pollici primas deferunt, quare a Græcis altera dictus est manus atque *Fuchsius in Instit. Medic. L. I. Sect. 5. C. 3. p.* 150. eum, afferit, cui deest pollex, nihil prorsus agere posse. Sed inter eos digitos, qui manibus sunt additi, nullum constituentes honoris gradum, tantummodo manuum præ pedum digitis tribuimus prærogativam. *v. Zach. Qu. Med. leg. p.* 458. *n.* 12. *seqq.* Officiorum, quæ unicuique incumbunt digitorum, varia quoque fieri solet distributio, cum illa vero magnam partem sit cerebrina, eam mittimus, lectorique *M. Joh. Prætorii Tr. de Pollice p.* 3. 14. *seqq.* commendamus, qui in colligendis undiquaque sententiis magis jucundam, quam utilem impendit operam.

Cur unus digitus longior altero.

De Digitorum prærogativa.

De munere digitorum.

§. X.

Antequam vero ultimam huic capiti admovemus manum, merito quæstionem proponimus, an is, qui nullis, pluribus ac ordinarie fieri solet, aut mutilatis præditus est digitis, vel cui bini digiti continenter conjuncti, digitus alteri

An mutilatus sacerdotii sit capax?

alteri continue impositus, caro e pollice protuberans, ad sacerdotium sit admittendus? Ex *Lev. C.* 21. *v.* 21. responsionem si petamus, negative erit quæstio decidenda. Prout vero cacodæmonis cura eo nunquam non tendit, ut sui cultum penes mortales ad imitationem cultus divino Numini exhibiti instituat, ita eos quoque, falsos qui venerabantur Deos, eo adegit, ut omnes, qui summæ non erant integritatis, a liminibus sacrorum arcerent. Interim Pontificiæ religioni addicti limitationem adjiciunt, tunc demum in casu ejusmodi personas locum inter sacerdotes obtinere, pontifex si condonet vitium. Casum hinc affert *Wagenseil Dp. de Corpore vitiatis ordinandis vel non* §. 18. *Altd.* 1697. quem ex *cap. I. de Corpor. vit.* desumsit, ubi *Alexander III. Papa* ita de presbytero Campaniæ constituit, qui duellum sponte obtulit, oblatum suscepit, & in eo partem digiti amisit: *Respondemus,* inquit Papa, *quod cum ipse non perdiderit tantum de digito, quin sine scandalo possit solenniter celebrare, satis potes post peractam pænitentiam cum eo misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare, licet ejus excessus admodum gravis extitisset.* Ad nostram quod attinet ætatem, cum tanta cura in eligendis sacerdotibus in desuetudinem abierit, nonnunquam Consistoria connivent. Quod ex *Rescripto Ordinis Ecclesiastici summi, qui Dresdæ floret,* clarissime apparet. In Sachen *M. G. S. ad requisitionem* des Raths zu Chemnitz *Mens. Nov.* 1687.

Unsere freundliche Dienste zuvor.

Würdiger, wohlgelahrter guter Freund.

Als ihr uns eine Urthels-Frage zugeschicket und darüber unser in Gottes Wort und denen Rechten gegründetes Bedencken zu ertheilen gebethen. Als erachten hierauf wir, verordnete, Præsident, Räthe und Assessores, in Gottes Wort und denen Rechten gegründet und zu erkennen zu seyn:

Hat sich unlängstens M. G. S. Conrector zu Chemnitz bey einem bekanten von Adel wegen vacant werdenden Pfarr-

Dienstes gebührender Weise angemeldet, und nach erhaltener Vergünstigung eine Gast-Predigt in loco abgeleget, es wären auch desselben Erudition und rühmliche Gaben in gute Consideration kommen, falls nicht der Collator sich an seinem lincken Arm und Hand, so etwas kürtzer als die rechte, gestossen hätte, und dahero gemuthmasset, es möchte dadurch Aergerniß unter der Gemeinde und Eingepfarrten entstehen, und wollet ihr dahero berichtet seyn, wie sich hierunter zu verhalten, und ob vorgedachter M. S. diesfals und wegen des kurtzen Arms und Hand alleine ab officio Ecclesiastico excludiret werden könne.

Wiewohl nun sonst zuweilen, und da eine allzusonderbare deformität des Leibes, oder auch monstrosität bey einem Studioso Theologiæ sich ereignet, nach Befindung derselbe, zumahl wenn ihm solche an Exercirung des Officii Ecclesiastici verhindert, oder dadurch denen Auditoribus ein grosses scandalum gegeben wird, oder die sacra profaniret werden, ad ministerium nicht zu zulassen.

Dennoch aber und dieweil es, eurem Anziehen nach, mit erwehntem S. also beschaffen, daß er mit dem lincken kürtzern Arm und Hand zugreiffen und halten kan, und keine insignis deformitas oder auch monstrositas bey ihm verhanden, im übrigen auch derselbe mit rühmlichen Gaben und Erudition versehen, also daß ihm das Officium Ecclesiasticum sicher anzuvertrauen, in welchem Fall denn besage bewärther Theologorum und JCtorum sonderlich

Gerhardi Tom. 6. Loc. Theol. §. 187.

Zigl. in noviss. Tr. de Episc. l. 2. c. 4. & 23.

Meynungen dergleichen vitium corporis levius einen Candidatum vom Ministerio nicht excludiren kan, und endlich seiner Leibes-Constitution halber kein sonderliches Aergerniß bey denen Eingepfarrten zu befahren: Als erscheinet hieraus allenthalben so viel, daß gestalten Sachen nach und daferne obgedachten M. S. die Kürtze seines lincken Arms und Hand an dem suchenden Kirchen-Ambte und sonderlich der Administration der heil. Sacramenten nicht verhindert, derselbe ad officium Eccle-

Ecclesiasticum gar wohl admittiret werden könne. Uhrkundlich mit des Obern-Consistorii Insiegel versiegelt 2c.

Accidit hinc porro quoque, quod unguis detrimentum non attendatur. v. *C. ult. de Corp. Vitiat. Thomas Monachus proposuit, quod cum in annis puerilibus esset constitutus, quædam barra ferrea supra dextræ suæ pollicem fortuito casu cadens ungulam avulsit suam, quo circa mandamus, quatenus si ad frangendum eucharistiam sit in pollice ipso potens & aliud canonicum non obsistat, propter deformitatem hujusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoveas sacerdotis. v. Lyncker. Comm. ad Decret. h. t.* §. 1. Attamen ob scandalum inde facile resultans sæpius ejusmodi personæ arceantur a sacris. Haud raro enim res per se non vituperanda ob scandalum exinde resultans intermittitur. *Carpz. J. Eccl. L.* 3. *Def.* 105. *n.* 16. *Ad. Beier Disp. de Scandalo C.* 2. §. 7. *Jen.* 1702. Quod in simili casu pronunciatum in *Consist. supr. Mens. Octobr.* 1714. an den Rath zu Chemnitz.

Uns ist aus eurem vom 1. dieses anhero erstatteten Berichte vorgetragen und verlesen worden, welcher gestalt ihr M. D. M. als einen Substitutum G. O. zuzuordnen *gemeinet*, und was dagegen von einigen eures Mittels eingewendet worden.

Nun wir denn selbst bedencklich finden, ermeldten M. M. gestalten Sachen nach ins Ministerium zu lassen, derselbe auch in seinem jetzigen Amte und sonsten dem publico nützliche Dienste zu leisten geschickt ist, und Gelegenheit hat.

Als ist an statt Ihr. Churfl. Durchl. Unser Begehren hiermit, ihr wollet euch also darnach achten und auf einander tüchtiges subjectum bedacht seyn. Möchten wir euch, mit Wiedersendung der Acten und Beyfügung dessen, was J. C. L. und Cons. ingl. Z. P. und D. W. darneben eingereichet, nicht bergen, und ihr vollbringet daran, 2c.

Quid vero dicendum est de Vasallo, cui natura nonnullos denegavit digitos, num ad feudi successionem admittendus? Sane eum ad servitia nihilominus capax deprehendatur, ea sine injustitiæ macula privandus non est. v. §

VIII.

VIII. huj. C. Finge vero feudum esse tale, cui servitium in specie adjectum, quod ob defectum digitorum expediri ac præstari nequit, quid tunc sentiendum? Eo in casu omnino iste defectus impedimentum præbet. *conf. Rosenth. de Feud. C. 7. Concl. 28. n. 13. Stryk de J. Sens. Diss. 6. C. 5. n. 1.* Ejusmodi enim haud raro annectuntur feudis præstationes risum prope quæ movent. Refert hinc *Happelius Rel. Cur. T. 4. p.* 422. daß in Oesterreich ein gewiß Adel Guth wegen der Lehn-Bekenntniß zwey Maß Fliegen jährlich habe liefern müssen. Und in Ernsts Bilder-Hause *P. II. f.* 813. lieset man, daß in Francken der Besitzer eines gewissen Adelichen Ritter-Guths dem Lehn-Herrn jährl. um Martini einen Zaun-König in recognitionem feudi habe schicken müssen. Conjugiorum ac matrimoniorum magnus undiquaque est favor, quod si itaque desponsatio celebrata fuerit cum embryone, cujusmodi refert exemplum *Wildvogel. Dp. de Jure Embryonum* von ungebohrner Kinder-Rechte *C* 2. *Th.* 27. *Jen.* 1693. edito vero partu, observaret in eo digitorum defectum altera pars, qvnum resilire queat? Et hac in parte naturæ errorem nec obstaculo esse, nec ad confirmanda aliquid tribuere sponsalia, certissime mihi persuadeo. Ejusmodi enim desponsationem nominandam esse intempestivam, putat Friese *Dp. de Intempestivis desponsationibus Th.* 12. *Jen.* 1711. Agmen claudat harum meditationum, quæ circa digitorum versantur deformitatem quæstio, num digitorum sentiens defectum eandem maculam sit gesturus in resurrectione? Cumque iste casus Theol. subsit indagationi, L. B. remittimus ad *Heinr. Opitii Dp. de statura & ætate resurgentium.* In was vor Grösse und Alter die Menschen am jüngsten Tage aufstehen werden, *Kil.* 1707. Ubi negative multis rationibus id adstruit, *in* §. 1. 4. 12. ac inprimis §. 24. *seq.*

CONSPECTUS
CAPITIS SECUNDI,
DE
USU DIGITORUM.

§. I.
De Sermone cum digitis.
§. II.
Quomodo Romani a Græcis LL. acceperunt.
§. III.
De Usu in arte hyeroglyphica.
§. IV.
De Usu in ritibus ecclesiasticis.
§. V.
De Digitis diis deabusque sacratis numque in actu baptismatis tolerandus ac a sacerdote & patrinis adhibendus.
§. VI.
Usus in gerendis annulis.
§. VII.
Usus in insignibus deque cognomine Finger, nominibus hospitiorum usuque in nummis.
§. VIII.
Usus in licitatione.
§. IX.
Usus in *cognoscendis* pondere ac *vulneribus*.
§. X.
Usus in sanando, chiromantia, cognoscendo colore, musica, virgula mercuriali.
§. XI.
Usus in probatione *vulgari.*
§. XII.
Usus in probatione delicti corpore.
§. XIII.
Usus in juramentis.
§. XIV.
Usus in materia *conditionum.*

§. I.

De Sermone cum digitis.

Promisimus præcedente in capite & quidem §. 8. varium recensere, qui ex digitis resultat, usum. Liceat itaque sine multorum verborum apparatu eam intueri utilitatem, quæ in sermocinando ex digitorum gesticulatione in nos redundat. Cum itaque *Cassiodori* verba ob oculos ponimus, qui manus vocavit loquacissimas

mas ac digitos linguosos, non possumus non in summam rapi admirationem, qua ratione id de digitis prædicari queat, cum linguæ sermo sit proprius ac mediante illa, animi exprimendi veniant sensus. Verum salva res est, hinc sine hæsitatione responsionem & exempla petimus ex *Dan. Molleri Dp. de Manuloquio* §. 7. *Altd.* 1702. *qui manuloquium describit, quod sit motio manuum & digitorum physicotechnica, qua ex docenti rationabilique eorum gesticulatione, extensione, porrectione, sublatione, contractione, disjectione, distensione, sinuatione, inflectione, attractione, depressione, submissione & alia quavis junctura, collocatione, dispositione & variis corporis partibus aut locorum differentiis admotis, vices linguæ & sermonis articulati implentur ac quævis animi cogitata aperiuntur.* Ad exempla artemque quod attinet digitis loquendi, iterum *all. Dp. de Manuloquio* §. 29. 30. & 31. venit laudanda, ibi enim sequenti ordine proceditur. Primum modum, quia ad vocabula respicit latina, non adeo difficilem putat noster *Mollerus*. *Nimirum duobus digitis indice & medio erectis, reliquis vero in pugnum contractis manus dextræ vel sinistræ, tangenda est aliqua capitis aut reliqui corporis pars atque tali contactu litera illa significabitur, quæ partis tactæ nomini latine est initialis, e g. Si significetur A. tangatur auris. B. bucca. C. caput speciatim syncipüt, D. dentes superiores. E. Dentes inferiores. F. frons. G. gena dextra. H. humerus dexter. I. humerus sinister. L. labium inferius oris aperti. M. mentum. N. nasus. O. oculus dexter. P. pectus. Q. guttur. R. Brachium sinistrum. S. manus sinistra. T. tempus dextrum. V. Venter. X. tempus sinistrum. Y. supercilium sinistrum.*

modus primus loquendi.

Alter modus loquelæ manuariæ in eo consistit, quando quini cum quinis digitis varie in utraque manu combinati literas repræsentant, sicque vocibus mutis formandis fundamenta subministrant.

modus secundus loquendi.

Primum tangatur, inquit *Mollerus* §. 30.

a pollice manus dextræ	
Pollex sinistræ & significatur . . .	A.
Index ejusd. & signif. . . .	B.
Medius ejusd. & signif. . . .	C.
Annularis ejusd. & signif. . . .	D.
Auricularis ejusd. & sign. . . .	E.
Deinde ab indice manus dextræ.	
Pollex tangatur manus sinistræ & notatur . .	F.
Index ejusd. et not. . . .	G.
Medius ejusd. & not. . . .	H.
Annularis ejusd. & not. . . .	I.
Auricularis ej. & not. . . .	L.
Postea a medio manus dextræ tangatur,	
Pollex manus sinistræ & sign. . .	M.
Index ejusd. . . .	N.
Medius ejusd.	*O.*
Annularis ej.	P.
Auricularis ej. . . .	Q.
Deinde ab Annulari manus dextræ,	
Pollex tangatur sinistræ & sign. . .	R.
Index ej.	S.
Medius ej. . . .	T.
Annularis ej. . .	V.
Auricularis ej. . . .	X.
Denique ab auriculari manus dextræ tangatur,	
Pollex sinistr.	Y.
Index ej. & sign.	Z.
Medius ej.	EA.
Annularis ej.	Con.
Auricularis ej.	orum.

Mitti-

Mittimus tertiam, quam annotavit *Mollerus in* §. 31. digitis sermocinandi methodum, nobisque persuademus, satis esse demonstratum, neutiquam naturæ contrariari, aliis membris quam ore ac lingua ad significandas animi cogitationes uti fruique. Sique præter spem dubium docto lectori supersit, aliud recensebimus exemplum profecto a vulgaribus separandum, unde apparet, & alias res inanimatas sermonis subiisse vices. Sic memoriæ tradidit *Tenzel in Colloqu. menstr. Germ. Mens. Septemb.* 1692. *fol.* 727. Es haben, schreibet derselbe, einige Scriptores Steganographici gewiesen, wie man einem gegenwärtigen ein arcanum zu verstehen geben solle auf dem Clavier, da ein jeglicher Ton einen besondern Buchstaben bedeutet. Ferner referiret er, daß in Schlesien zwey Musicanten, welche wegen Argwohn eines Mordes eingezogen worden, denen Ihrigen durch die Viola di Gamben-Tambulatur ihr Elend zu wissen gethan. *v. Lincke Dp. de Siglis & notis literarum in Jure prohibitis & permissis. P.* 1. *n.* 49. *Altd.* 1693. *conf. Dan. Molleri Disputationes de Oculiloquio* §. 5. & *Pediloquio. Altdorfii* ventilatas. Commode quoque verba hic apponimus, quæ legi possunt in *Wildvogelii Dp. de Jure vexillorum*, vom Fahnen-Rechte. *Th.* 7. *Jen.* 1697. Dum enim necessitatem per signa præter sermonem viva voce aut in scriptis peractum, animi sensa exprimendi demonstravit, pergit sequentem in modum: *Expediuntur, inquit, istiusmodi signa vel per corporis nostri partes, ut est nutus capite, oculis, manibus peractus L.* 52. §. 10. *A. de O. & A. Adversio tergi aut humerorum contractio item manuum conjunctio salutatio nudato capite, osculatio manuum & pedum, genuum flexio. Vel fiunt præter actiones corporis, alia quadam re in corpore, quo referenda vestimenta ad discernendum sexum, gentes aut officia. Vel fiunt extra corpus, uti in bellis ac re militari apparet ex tessera militari,* der *Parole, vexillis &c.* Quibus adjungimus risum conf. *Schwendendörffer. Dp. de Risu juridico. C.* 1. §. 14. *sq. Lips.* 1689.

§. II.

qua ratione Romani a Græcis LL. acceperint.

Silentio quoque neutiquam prætereundum, sed potius hic apponendum est, quod *Glossa ad* L. 2. *ff. de Orig. Jur.* apposuit. Cum Romani observarent armis non tantum, sed & LLbus condecorari Rempubl. placuit publica autoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges a Græcis civitatibus, adeoque civitas legibus fundaretur. *Antequam vero, inquit Glossa, hoc fieret, miserunt Græci Romam quendam sapientem, ut exploraret, an digni essent Romani legibus, qui cum Romam venisset, Romani cogitantes, quid poterat fieri, quendam stultum ad disputandum cum Græco posuerunt, ut si perderet, tantum derisio esset. Græcus sapiens nutu disputare cœpit, & elevavit unum digitum, unum Deum significans, stultus credens, quod vellet eum uno oculo excæcare, elevavit duos, & cum iis elevavit etiam pollicem, sicut naturaliter evenit, quasi cœcare vellet eum utroque. Græcus autem credidit, quod Trinitatem ostenderet. Item Græcus apertam manum ostendit, quasi ostenderet omnia nuda & aperta Deo, stultus autem timens maxillatam sibi dari, pugnum clausum, quasi repercussurus levavit, Græcus intellexit, quod Deus omnia clauderet palma, & sic credens Romanos dignos legibus, recessit & leges bis sapientibus concedi fecit in civitate Athenarum & Lacedæmonum.*

§. III.

Usus digitorum in arte hieroglyphica.

Ex antea dictis & inprimis elevatione unius digiti a Græco unum Deum significante, facta, perspicere possumus, digitorum usum sese in arte hieroglyphica quoque exercere. Sic homo cogitabundus vel vindicativus olim repræsentabatur, dum vel in actione profundas haberet cogitationes per digiti in os impositionem. Quod alii indicant, dum ungues sibi corrodunt. Porro docti per statuam hominis salientis, qui capiti digitos imponens se scalpere vel fricare videbatur hominem mollem & effœminatum figurarunt. v. *Scarlatinus de Homine & ejus partibus*

bus Tom. I. p. 219. *ſqq.* Hinc avaritiæ olim quoque erat Symbolum, læva ſeu ſiniſtra manus, utpote ſegnior & tenacitati accommodatior, digitis compreſſis picta. *v. Petr. Valer. Hieroglyphic. L.* 35. *Struv. Dp. de brevi & longa manu C.* 1. §. 1. Et de Sardanapali monumento Strabo & Athenæus memoriæ prodiderunt, ibi imaginem ſeſe repræſentaſſe lapideam dextræ manus digitos conjungentem ac velut crepitum edentem: Ede, Bibe, Lude, nam cæteras res hominum crepitu digitorum neutiquam dignas eſſe, Athenæus vero ita loquitur: *Sardanapalus cum toto vitæ decurſu voluptatem plurimi feciſſet, poſt obitum declarat, inſculptis monumento digitis, res hominum eſſe ridiculas & ne digitorum crepitu dignas, quæ colliſis inter ſe digitis ſignificavit.* Quemadmodum vero hieroglyphica, quæ mox ex rebus petuntur creatis, mox ex ritibus moribusque gentium originem trahunt, mox aliunde proveniunt in ſignificandis vitiis inculcandisque virtutibus adhibentur, *v. Georg. Paſchius Tr. de Variis modis moralia tradendi C.* 4. §. 26. *ſeqq. p.* 428. Ita in aliis diſciplinarum ſpeciebus ars hieroglyphica prorſus quoque non exulat, prout *Joh. Seobald Fabricius in Theatro Hieroglyphico p.* 3. demonſtrat. Hinc verba, quæ ex *Rudbeck Atlant. protulit Tenzel Coll. menſtr. Germ. Menſ. Jul.* 1690. *fol.* 464. merito huc apponenda. Sehr ingenieus, ſpricht er, iſt die Explication derer Genitalium und der Hand, die den Daumen zwiſchen den Zeig- und Mittel-Finger ſtecket, dadurch er von denen Alten nichts anders, als der Sonnen Krafft alles zu zeugen, und der Erde Begierde dieſelbe zu empfangen angedeutet zu ſeyn beweiſet *Link. Dp. de Siglis & notis literarum P. I. n.* 29.

§. IV.

de uſu digitorum in ritibus Eccleſiaſticis.

Ab uſu, quem præſtant digiti in arte hieroglyphica, tranſimus ad ritus, qui in ſacris huc atque illuc veniunt obſervandi. Et quis neſcit, ceremonias multas adhiberi in exſtructione novi templi, & inprimis crucis ſigno, multos

tos

tos multum inesse sanctitatis, sibi persuasisse. Hinc est, ut illud edatur signum in baptismate, sacra cœna, quamvis de necessitate nullo modo sit, *v. Lyncker. Disp. de eo, quod justum est circa sacram cœnam C.* 4. §. 11. *Jen.* 1690. discessu e cathedra sacra, variisque aliis in casibus. Prout vero nulla res tam firma, quin infringatur; ita in solennitatibus ad sacra pertinentibus æque sese res habet, accidit ergo, ut nonnulli inter se digladientur, quænam inprimis in formanda cruce adhibenda sit forma, alii enim se signant a fronte ad dextram & inde ad sinistram, alii crucis incipiunt signum a parte superiori, quæ Deum Patrem significet, descendunt ad inferiorem, mundum indicantes, post a sinistra, quod denotet infernum producunt ad dextram, quæ referat cœlum. Imo quæstionem ventilant inter se permulti, quotnam digitis crucis figura sit peragenda? Et audimus quosdam, qui postulant tres ob Trinitatem, quosdam, qui desiderarunt unum, quo hæresin suam de una in Christo natura profiterentur. Inprimis teste *Hildebrando de Rit. orant. C. IX* §. 17. Græci numerum trinarium observant & nunquam non tres digitos manus dextræ, pollicem *scil.* medium & indicem conjungunt, quo significant, verum Deum esse Trinitatem, eos deinceps imponunt palpebris, quot denotet, Deum sursum in cœlis existere, ventri applicant, indicantes, Filium Patris in ventrem virginis & terræ descendisse, humero postea dextro admovent, innuentes, quod Christus ab inferis reversus ad dextram Patris consederit, denique humerum contingunt sinistrum, quo tactu petunt, ne Domino ad judicium venturo a sinistris collocentur. *conf. M. Joh. Heinr. Hæneri Dp. de Ritu Benedictionis sacerdotalis multis figuris ornatam. Jen.* 1681. *Wildvogel. Dp. de venerabili signo crucis*, vom Zeichen des heiligen Creutzes. *Sched.* 1. §. 24. *Sched.* 4. §. 8. 9. *seqq.* qui simul de Russis refert, crucem eos tribus formare digitis. Restaret nunc, cum de digitorum usu in formanda cruce, in precibus ad Deum fundendis, deque horum observanda multitudine dixe-

Quod digitis crucis signum edendum?

Qua manu crucis signum formandum?

dixerim, ut & eam materiam examinarem, cujusnam manus digitis, dextræ an ſiniſtræ, ritus ſacri ſint exequendi, verum cum *Wildvogel. in Dp. de Jure manus dextræ Sect. III.* §. 7. 8. eam annotaverit, huic rei amplius haud immorabimur.

§. V.

Perpendimus itaque, quantum inſtituti permiſit ratio, quomodo digiti in ſolennitatibus ſacris adhibeantur, jam oſtendemus, etſi merito abuſus vocetur. Ipſos digitos Diis olim fuiſſe ſacratos. Eo enim proceſſerat ſuperſtitio gentilium, ut non tantum res inanimatas, verum etiam membra etſi impudicæ nominationis Diis Deabuſque ſacra ſanctaque eſſe juberent. Sic *M. Varro* refert in Italiæ compitis Sacra Liberi celebrata cum tanta licentia turpitudinis, ut in ejus honorem pudenda virilia colerentur. *v. Jac. Andr. Cruſium Tr. de nocte & nocturnis officiis tam ſacris quam profanis C. XIX. n. 6. 7. Bremæ* 1660. Pari modo res ſeſe cum digitorum habet conſecratione, Minervam enim digitis præeſſe credebant, quia vel manu haſtam vibrans penetrabile monſtrat acumen, vel quod iisdem omne genus laboris & induſtriæ exerceatur. Ac Ægyptiis, teſte *Voſſio de Phyſiolog. Chriſt. & Theol. gent. L. IX. C.* 14. pollex Veneri erat ſacer, Index Marti, infamis Saturno, annularis Soli & auricularis Mercurio, *conf. M. Carol. Frid. Pezoldi Diſp. de Membris humanis Diis Gentil. conſecratis* §. 8. *Lipſ.* 1710. Poſſemus nunc vela contrahere, deque uſu digitorum in ſacris loquendi finem facere, niſi quæſtio adhuc curioſa eſſet proponenda, cum enim in §. *primo* hujus capitis ſermonem digitorum commemoraverim, haud injucunde quæritur, num perſona ſacris initiata, infans dum ſacro regenerationis lavacro abluitur, verba: *Ego Te baptizo &c.* quæ ore proferenda, per digitorum geſticulationem proponere queat? & an eæ perſonæ, quæ infantis nomine ad ſacrum fontem ſpondeant, digitis id valide peragant? Quod ad primum ſpectat caſum, extra dubitationis poſitum eſt aleam, modum

De Digitis olim Diis Deabusque ſacratis.

An in actu baptiſmatis ſermo digitorum tolerandus?

An ſacerdos verba in baptiſmatis ſo-

lennitate consueta digitis significare queat.

modum per digitos hocce in actu loquendi esse scandalosum, ridiculum, ac contra normam præscriptam adeoque reprobandum. Ad alteram vero nos convertentes quæstionem, in affirmativam possemus inclinare sententiam, cum istæ ceremoniæ expressis a Christo nullibi præscriptæ reperiantur verbis. *conf. Achat. Christian Ranger Dp. de Jure Baptismi* vom Tauf-Rechte, §. 35. *Regiom.* 1687. adeoque per ordinationes Principis solummodo sint sancitæ. Interim cum ejusmodi gestus, in re sacra dum versamur, neglectum indicent venerationis, & ad scandalum excitandum multum conferant, merito negativæ nos subscribimus opinioni, addita tamen exceptione muti natura vel casu talis: quemadmodum enim in iis actibus atque contractibus, qui solo perficiuntur consensu, signis certe & gesticulationibus ille fieri potest, prout apparet ex *L.* 35. *§. fin. ff. de V.* O. *v. Struvius Dp. de Muto & Surdo C.* 8. *n.* 10. *seqq. Jen.* 1663. Ita nil video, quid impediat, mutus quin digitis responsionem interroganti suppeditet sacerdoti. Hinc *Lynckerus Dp. de Sacra cœna C.* 5. §. 6. quæstionem proponit, *num* mutus & surdus ad sacramentum eucharistiæ *sit admittendus?* eamque distinguendo decidit, si gestibus externis certisque signis pœnitentiam devotionemque testari queat. *Conf. Balduinus de Cas. Consc. L.* 2. *C.* 12. *cas.* 12. *Carpz. L.* 2. *Df.* 278. *n.* 9. *Stryk de Jure sens. Diss.* 4. C. 2. *n.* 39. *Richt. Dec. l. n.* 142. Imo juramenta fieri nutu posse ac ejusmodi gesticulatione, nulla obstante firma ratione, affirmare nullus dubito, cum verba non sint de essentia juramenti. *Setser de Juram. L. I.* C. 9. *n.* 2. *Hillig. ad Donell. Enuncl. L.* 24. *C.* 13. *lit. A. conf. Joh. Heinr. Simon. Dp. de Nutu Th.* 9. *Arg.* 1667. Accedit, quod verba patrini necessaria non sint *Covarruv. P.* 2. *C.* 6. §. 4. *n.* 7. *Sanchez. Dp.* 56. *n.* 9. Sola enim susceptio intenditur, & qui suscipit officium patrini, tacite fidejubet quasi pro infante. Si enim isti ritus isteque modus procedendi certitudine divinoque mandato suffulcirentur, tot variationes singulis prope in regionibus haud

Num patrini per digitos recte respondeat?

obser-

observari possent, quid, quod origo patrinorum inter res incertas dubiasque refertur. *Joh. Georg. Simon. Dp. de Jure patrinorum* vom Rechte der Gevattern, C. *I. Th.* 5. *seqq. L. G. Martini Sched. jurid. de Numero patrinorum in baptismo infantum necessario Th.* 3. *seqq.* 1683. *Conr. ab* Einsiedel *Tr. de Regal. c.* 2. *n.* 140.

§. VI.

In gerendis annulis mira digitorum quoque apparet utilitas, ac describitur, quod circulus sit digitalis nunc ornatum manus, nunc autoritatem, nunc dignitatis gradum, nunc aliam rem significans, prout latius deducit simulque tres supra septuaginta annulorum recenset species *Dan. Guil. Mollerus Dp. de Annulo Trinitario*, vom Dreyfaltigkeits-Ringe, §. 2. 3. *Altd.* 1701. Magis nos delectat in præsens divisio annulorum in eos, qui ornatus dignitatisque ergo geruntur *L.* 74. *π. de V. S. L.* 25. §. 10. *π. de Aur. arg. leg.* & inquirendum, omnibus ac singulis in annulis gerendis an concedenda sit libera facultas? Sane ad differentias jurium ac exinde resultantium legum oculos convertentes, diversum in modum ut respondeamus, necesse est. Quod enim ad leges spectat Romanas, indubitatæ veritatis est, non omnibus licitum permissumque fuisse, per annulos sibi comparandi ornamentum. A sanctionibus Romanis ad leges hodiernas tendimus, ibique invenimus Jure Saxonico regulariter non omnibus, nulla habita ratione concedendum, ut gerant annulos, inprimis si in comparandis iis pretiosissimisque lapidibus patrimonium exhauriant, suasque facultates ad exteras transferant gentes conf. *B. L. Schwendendœrfferi Disp. de Annulis* §. 4. 6. *Lips.* 1670. *Matth. Coldenbacius* Dp. *de Annulis Juris Civ. & Canon. significativis* §. 13. *seqq. Fr.* 1632. Uti enim hodiernis temporibus vitium est familiarissimum quam plurimis, quibus nec nativitatis nec virtutis splendor cultum conciliat, ut multis ornati gemmis incedant; ita pristinis jam seculis nimius luxus hac in

Usus in gerendis annulis.

in parte obſervatus ac reprobatus. Quare *Boethius L. 2. de Conſol. philoſ.* inquit: *An gemmarum fulgor oculos trahit? Sed ſi quid in hoc eſt ſplendore præcipui, gemmarum eſt lux illa, non hominum, quas quidem homines mirari, vehementer miror. Quid eſt enim carens animæ motu atque membrorum compage, quod animatæ rationabilique naturæ pulchrum eſſe jure videatur?* Imo præter gemmas, quibus ornabant olim annulos, in eo quoque limites juſti transgrediebantur, ac luxus ſibi contrahebant notam, quod uno digito quamplurimos gererent annulos, omnesque adeo auro, argento, gemmisque magis onerarent, quam ornarent, quæ perverſiſſima conſuetudo ad Belgas denique tranſiit teſte *Nicol. Burgundio in Elegia ad* Dan. *Heinſium, conf. Pet. Muller.* Dp. *de Jocalibus* vom Weiber-Schmuck C. 4. §. 4. *Jen.* 1680. Sed cum omnibus digitis incedere annulis ornatum, ad mulierum naturam proxime accedat, ſignumque ſit cultus magis externi, quam interni, quæſtio venit decidenda, quot, quibusque in digitis annuli ſint collocandi. Sane quod multitudinem attinet, ſedulo eo eſt reſpiciendum, ne quis vel nimiæ ſuperbiæ vel ſtultitiæ incurrat notam, quod facile contingere poteſt, dum a media diſcedit via, omniaque ſua bona facultatesque omnes ſecum undiquaque portat ac in digitis gerit. Vt vero ejus quoque mentionem faciamus digiti, cui maxime annulorum debeatur ornamentum, non abs re erit, ſi aliorum prius ſententiam nobis reddamus cognitam, noſtramque deinde adjiciamus. Atque alii quidem pollicem annulis ducebant dignum, alii immittebant annulos digito quarto manus ſiniſtræ, quæ conſuetudo & hodie in viridi eſt obſervantia. Verum ut multæ res reperiuntur, de quibus ratio reddi non poteſt, ita pari modo comparatum cum annulorum collocatione. Fuerunt quidem nonnulli, qui defenderunt venam in quarto reperiri digito, quæ ad cor uſque procedat, jure ergo iſtum digitum circumdari annulo. Verum cum iſta opinio vehementer ſit dubia, judicium ſuſpendimus, ac potius putamus cum *Schwen-*

Schwendend. all. Dp. §. 7. eam forſitan ob cauſam illum eligi digitum, quia annuli gemma læſioni adeo ibi non eſt obnoxia, ipſeque annulus in agendo non eſt impedimento. Cum itaque quicquid dicitur de certo eligendo digito, firmo deſtituatur fundamento, non poſſumus hac in parte regulam certam concinnare, quot enim capita, tot ſenſus. *conf. P. Muller* Dp. *all. de annul. pronubo th.* 9.

§. VII.

Inter inſignia quoque haud raro annuli reperiuntur, quibus digiti veniunt ornandi, & quis vellet ab eorum inſignium conſortio digitorum figuram prorſus excludere, cum eorum origo ſæpe ex ingenioſa fictione aut nominis convenientia dependeat. Sic familia Hennebergenſis gallinam habuit nigram. *v. Bechmann Dp. de Inſignibus* §. 64. *& conf. Willenb. Dp. de Abuſu inſignium Principis Fr.* 1695. Extant etiam totæ familiæ, quæ cognomine gaudent Finger, Daum, quid ſi ejusmodi inſigne gererent, quod digiti repræſentaret formam. Ut enim cognomina a prudentia, ſtultitia, virtute, moribus, arte, facto aliquo, civitate & loco, ubi quis natus & habitavit, corporis partibus & habitu, unde capitones, frontones, naſones proveniunt; ita inſignia quoque eosdem habent natales. *Joh. Frid. Rhetius Dp. de Nomine proprio C.* 1. *n.* 34. *ſqq. Fr.* Cum hiſce inſignibus aliqua ex parte quoque conveniunt, quæ præfixa ſunt hoſpitiis, quo viatoribus eo melius conſtent, hinc hoſpites hoſpitiorum publica autoritate conſtitutorum ſuſpenſa hædera peregrinantes convocant, quæ imagines variam gerunt figuram, varieque nominantur der blaue Engel, Bär, güldene Apffel, Finger, Ring, Hand, Joachims-Thal ꝛc. *conf. Joh. Chriſtoph Falckneri Dp. de Jure hoſpitiorum, membro* 5. §. 5. *Jen.* 1666. In nummis quid de digitis cenſendum, nimis longum eſſet in præſens enarrare, interim ejusmodi nummos exiſtere, in quibus manus digitis junctis vel manus erectis digitis, ut in moneta Gallica, ubi manus juſtitiæ

De uſu digitorum in inſignibus.

De Cognomine Finger.

De nominibus hoſpitiorum.

De Uſu digitorum in nummis.

tiæ expreſſa inveniri poteſt, oculis ſeſe offerunt, nullus dubito. Erat enim, teſte Tacito, mos olim regibus pacta inter ſemet ineuntibus, ut implicarent dextras, pollicesque inter ſe vincirent nodoque perſtringerent. *Kirchmaier Dp. de Dextra fideque §. 7. conf. Frid. Gottl. Struv. Dp. de Cimelarchiis numariis eorumque jure*, vom Rechte derer Müntz Cabinette *Jen.* 1704.

§. VIII.

Multa eſſe, quæ creditoribus pecuniam mutuo datam recuperaturis ſuccurrunt Juris beneficia neminem fugit, inprimis vero favorem erga creditores, odiumque erga eos, qui ſolvendo non exiſtebant, Romani adeo extendebant, ut vix ac ne vix quidem crudelitatis notam effugere queant. Præter poteſtatem enim, quam adjudicabant creditoribus in debitorum corpora, ſimul quoque jus vitæ & necis concedebant, ita ut eorum corpora in partes diſſecarent, ac pro lubitu inter ſe diſtribuerent. *Gail de P. P. C.* 2. *Mev. ad Jus Lub. L. I. T.* 3. *Art. I. n.* 1. Ut vero non omni caret dubitatione, an unquam ejusmodi extiterit caſus, *teſte Gundel Tr. de Jure noviſſ. L.* 4. *C.* 16. ſique extiterit, inter ſanctiones ea merito numeranda ſit injuſtiſſimas, conf. *Rechenbergii Dp. de Norma LL. juſtarum ab injuſtis diſcernendarum* §. 12. *ſeqq. Lipſ.* 1711. ita in præſens ab ulteriori ejus indagatione abſtinemus, & tantummodo & ſubhaſtationem nos accingimus, quippe quæ, niſi ex libero ſuſcipiatur arbitrio, æque in favorem creditorum introducta habetur. Liceat itaque obſervare, ibi quid cum digitis agatur. Quoties ergo apud Romanos bona ſub haſta per auctionem diſtrahebant, vendebant locabantque cenſores, præco circumſtantium coronam ad licitandum provocabat, cuicumque hinc contrahendi animus erat, is elevabat manum vel digitum, adeoque voluntatem ſuam reddebat cognitam atque perſpectam. *Hill. ad Don. L.* 13. *C.* 14. *lit. c. Philipp. Tr. de ſubhaſtationibus C.* 3. *Comm.* 7. *n.* 7. *Martini Dp. de*

De Uſu digitorum in licitatione.

Auctio-

Auctione voluntaria C. 4. §. 1. *Viteb.* 1678. *Schwendendœrffer Dp. de Licitatione* §. 27. *Lipf.* 1677. Ventilari nunc opportune posset quæstio, majori jure ac præcedentia num is gaudeat, qui manum in licitatione elevavit, an qui digitum erexit, verum cum B. L. *Anton. Matthæi Tr. de Auctionibus* ac *Brisonius Tr. de Formulis* satisfacere queant, silentio eam prætermittimus quæstionem, interim paucis adhuc considerabimus, quid Juris, si Cajus centum licitatus sit, integro vero adhuc tempore Mevius digitum elevaverit ac aufugerit, an Cajus ad oblatum pretium exsolvendum cogi queat? & quamvis multi, Cajum nullo modo esse absolvendum asserant, æquior tamen sententiæ est, eum non obligari, statim enim ac novus licitator majus pretium offerens accessit, & pro persona habili admissus est, obligatio prioris licitationis exspiravit, *Berl. P. I. Concl.* 81. *n.* 177. *Carpz. P. I. Const.* 32. *Df.* 45. *n.* 4. *conf. Schœne Dp. de Subhastationibus.* §. 26. *Arg.* 1651.

§. IX.

A modo licitandi penes Romanos usitato pedem promovemus ad eorum leges, quæ mensuras ponderaque concernebant. Cum enim innatis principiis contrarietur, alterum lædere, ac ex ejus damno lucrum sentire, merito in bene constitutis Rebuspubl. cura eo est impendenda, ne per falsam mensuram falsumque pondus bonorum quis sentiat damnum. Romani proinde huic obujam euntes fraudi ædiles constituerant, qui fori gerebant curam falsasque frangebant mensuras. *L.* 13. §. 8. *ff. Loc. cond.* ac ponderatores elegerant, qui circa ponderum justitiam erant solliciti. Videndum itaque, quid ponderatores in nostra sibi velint de digitis tractatione. Illi libripendes ergo aurum argentumque ita ponderabant, ut duobus digitis summitatem lini retinerent, tribus reliquis eminentibus, ne illi aliquid ponderi adderent, magno provincialium cum damno L. 1. *C. de Ponderat. & aur. illat. Mull. ad Struv. Ex.* 16. *Th.* 29. *lit.* α. *Struv. Dp. de eo, quod justum*

Usus digitorum in cognoscendo pondere.

justum est circa mensuras & pondera præf. p. 2. qui simul in *C.* 3. *n.* 16. varias circa pondera fraudes refert. *Jen.* 1676.

Usus digitorum in vulnerum dijudicanda qualitate.

In mensurando quoque vulnere digiti longitudo in considerationem venit, hinc inter vulnerum genera referuntur etiam die Kampffer-Wunden, quæ habent profunditatem unguis & longitudinem longissimi articuli in medio manus digito, quando adhuc sunt recentia, nec intumuerunt. Welche Wunde aber die Weite und Tiefe hat, also daß sie Nagelstief und Gliedslang, die wird vor Kampffer gehalten und erkannt, doch zu vernehmen nach des mittlern Fingers Nagel, und desselben Fingers långsten Glied, so sie noch frisch und ungeschwollen ist, *Col. proc. exec. P.* 1. *C.* 9. *n.* 13. *P.* 1. *Dec.* 161. *n.* 49. *Carpz. Prax. crim. P.* 2. *Qu.* 99. *n.* 23.

Usus digitorum in computatione.

Prout vero ad indagandum verum rei pondus digiti instrumentorum loco adhibentur, ita computatio cum digitis in tutelis rusticorum, ac aliis in causis quoque nec incognita nec rara est, hinc dicit Harsdörffer im Gespråch-Spiel *P.* 4. C. 177. *p.* 295. Es hat die fürsichtige Natur den Menschen die Finger nicht allein ertheilet, damit zuzugreiffen, sondern absonderlich an denselben zu zehlen, daher wir Teutsche auch von einem Einfäligen sagen: Er weiß nicht, wie viel er Finger hat, man kann es an Fingern abzehlen. Imo *Job* Caramuel *in apparat.* philos. *L.* 4. C. 256. *Computus* inquit, *arithmeticus fit per digitos utriusque manus elevatos totidem, quot numeros delineaturus eras, ut si e.g. dicturus esses annum* 1628. *tange pollicem sinistrum cum annulari, ut significes annum & deinde eleva utrasque manus decenter, & elevato uno digito, deinde eleva iterum, elevatis* 6. *deinde eleva tertio, elevatis duobus, elevaque ultimo, elevatis* 8. *pro cifra designanda, eleva omnes* 10. *& sic numerorum processus facies in qualibet materia. v. Moll. in all. Disp. de Manuloquio* §. 26.

§. X.

De Usu digitorum in sanando.

Possemus nunc, instituti si permitteret ratio, de usu digitorum loqui, quem præstant in sanando, uti de *Pyrrho* fer-

fertur, eum unius digiti tactu sanasse lienosos v. *Pacichellius in chierolitur gia c. 8. Stryk Dp. de manu stipulata & porrecta* C. 1. *n.* 13. Possemus disserere, quid operentur in chiromantia, inprimis cum multi eam ex eo destruant fundamento, ac si incertum quid sit, cum lineamenta manuum ex flexu digitorum provenirent. v. *Stryk. Dp. Physiognomia* C. 1. *n.* 36. Possemus usum demonstrare, quem exhibent digiti in distinguendis coloribus, (memoriæ hinc proditum, *Comitem de Lynar* ex tactu equi colorem cognovisse, *Stryk de J. Sens. Diss.* 7. *c.* 1. *n.* 12. Alius materiam pollici imposuit, ac colorem judicavit.) In musica, tractandaque virgula Mercuriali, in quam mirum in modum invehitur *Roth de Characteribus* C. 2. *Jen.* 1682. *Lud. Dunte in Dec. casuum conscientiæ* C. 2. *Qu.* 7. verum missam facimus eam methodum, ac usum saltem digitorum in probatione vulgari, in probando corpore delicti, ac tortura spirituali demonstrabimus.

De usu in chiromantia.

De usu in cognoscendis coloribus.

De usu in musica, virgula mercuriali, aliisque in rebus.

§. XI.

Quod itaque ad probationem spectat vulgarem, certum est, imo certissimum, eam olim fuisse usitatissimam variisque susceptam esse modis: quando itaque per aquam innocentia veniebat docenda, variis ceremoniis suspecti in aquam transverse conjiciebantur, ita ut dextræ manus pollex sinistri pedis digito magno, sinistræ vero manus pollex dextro pedis digito magno alligaretur. *Bodinus Dp. de fallacibus magiæ indicibus* §. 41. *Willenberg Dp. de Innocentia per torturam purgata C. I.* §. 31. *Gedan.* 1701. De probatione vero per adductionem ad cadaver, miram narrat historiam *M. Christoph. Pfauz Dp. de Fluxu sanguinis e corpore occisi ad præsentiam occisoris C.* 2. §. 14. *Lips.* 1664. *In Hispania,* inquit, *pastor erat occisus, post quartum diem suspecti de homicidio incarcerati ac ad exanimatum corpus sunt deducti, cumque delinquens accederet, mortuus digitum ad vulnus & inde ad præsentem intendit.* Ne vero in recensendis

De usu digitorum in probat. vulgari.

ſendis omnibus, qui in probatione vulgari obſervati ſunt, ritibus, nimis ſim prolixus, vela hac de re loquendi contraho. Interim vero perluſtrationem merentur ac commendationem *Jo. Eiſenhardt* Dp. *de Calliditate forenſi in eruenda facti obſcurioris veritate*: von ſcharffſinniger Erforſchung und Beweisthum verborgener Händel *C.* 8. *ſ.* 4. *Helmſt.* 1686. *Fried.* Geisler Dp. *de purgatione vulgari Lpſ.* 1682. *Struv.* Dp. *de Indiciis & proba per aquam frigidam ſagarum Jen.* 1687. *M. Joh. Schmidii* Dp. *de Probatione rerum dubiarum per ignem facta Lpſ.* 1685. *M. Eberh. Rud.* Rothe Dp. *de more, quod olim apud plerosque Europæos populos per ferrum candens, ardentes prunas rogumque probentur* §. 13. *Jen.* 1676. *M. Caſp. Læſcher* Dp. *de Probatione rerum dubiarum per ignem facta Lpſ.* 1665.

§. XII.

Cauſas, quæ circa vitam verſantur hominum, multis difficultatibus eſſe obnoxias maximeque arduas, nemo in dubium vocabit, nihil hinc magis contrariatur juſtitiæ æquitatique, quam ad ſupplicium tendere, antequam *de corpore* conſtat delicti, quod de civitate *Clagenfurtenſi* profert *M.* Lehmann *Diſp. de eo, quod juſtum eſt circa* novitates §. 14. Nam in eo conſiſtit maximum momentum, docente *Hahnio Diſp. de Corpore delicti* §. 11. *ſeqq. Helmſt.* 1662. Officii ergo judicis poſtulat ratio, ut ſi fieri poteſt, ocularem inſpectionem in corpus delicti inſtituat juxta *Ord. Crim. Art.* 149. Hinc referente *Ludovico* in der Einleitung zum peinlichen *Proceſſ. C.* 1. §. 14. Saxones olim abſcindebant manum, digitum, aut aliud membrum, ad probandum delicti corpus veritatemque. Quid juris vero, ſi delictum in confinio fuerit commiſſum, ita, ut caput occiſi inveniatur in territorio Mevii, pedes in Cornelii & digiti in Caji fundo. Sunt qui defendunt, eum eſſe delicti locum, ubi occiſi jacent pedes, inter quos *Nicellius Dp. feudal. ult. in Corall.* Et eſſet in præſens, ut eum probarem delicti locum,

De abſciſſione digiti ad probandum delicti corpus.

ubi

ubi digiti reperiuntur, cum de digitis agendum susceperim, verum cum communis sit sententia, eum esse delicti locum, & ad dominum ejus fundi cognitionem pertinere, in quo caput jacet, nolumus ab ea facere divortium. *L.* 44. *ff. de Relig. & sumpt. fun. Petr. Theodoricus Dp. 4ta th.* 3. *lit. B. Martini Dp. de Inquisitione criminali C.* 3. *n.* 34. *Vitt.* 1671.

§. XIII.

An materiam nunc pedem promoveo juramentorum, quæ & tortura nonnunquam dici solet spiritualis, quare clericus quondam detrectabat, cum admonitio ante juramenti præstationem alicui facienda ei injungeretur, hocce munus, dicens, sibi non competere officium carnificis, quippe cui cura circa torturam esset demandata. Et esset in præsens B. L. ut præjudicialem removerem scrupulum, an juramenta inter Christianos sint toleranda? Verum cum *Strykius Dp. de Jure hominis in se ipsum C.* 2. *n.* 10. ubi *de Jure hominis in animam* agit, ut & *Dunte Cas. Consc. C.* 10. *Qu.* 24. *&* 34. hancce materiam affirmativis rationibus elegantissime decidant; merito iis applaudimus, ac potius circa solennitates sumus occupati. Salutare enim est institutum in perjurii terrorem, ut certi ritus adhibeantur, dummodo nec sint superstitiosi, nec cum modestia pugnantes christiana *Beck.* D*isp. de perjurii occasione præscindenda C.* 2. §. 26. *Jen.* 1711. hinc *Franc. Ernest. Vogt in* D*isp. de Solennitatibus in genere, earum natura, jure, usu & abusu.* §. 24. *Kil.* 1712. ita concludit: *Omnia solennia, quæ ad coercendam civium malitiam, ad excludendum errorem, ad evitandam præcipitantiam ad impediendam confusionem, ad conciliandam actui autoritatem, & ad refrenandum litigandi pruritum re vera faciunt, esse rationabilia.* Ea enim est mortalium perversitas, ut externæ ceremoniæ magis sæpe animum, quam conscientiæ stimuli afficiant. Affert hinc lepidissimum casum *Ludovici Dp. de Solenn. Juram.* C. 2. §. 24. *Contigit aliquando,*

De Usu digitorum in juramentis.

quando, inquit, *ut in consistorio, quod Custrini est in Marchia nova, alicui juramentum purgatorium per sententiam injungeretur. Paratus erat reus ad præstandum juramentum, & jam juramenti formulam recitare incipiebat, quid accidit? apertæ erant fenestræ, prout mos ferebat, & in horto, quem civis prope habebat, lepus commorabatur, quia locus consistorii infima contignatione erat, gradu concitato in fenestram apertam sese conferebat. Res juraturo metum incutiebat, ut firmiter sibi persuaderet, diabolum in forma leporis apparere, eumque perjurum statim ad cruciatus abducere infernales velle. Hinc digitos dimittebat, veritatemque facti ingenue profitebatur.* Sed ad scopum ut redeamus, solennitates ipsæ, inprimis quæ digitis peraguntur, sunt enarrandæ. Solenne igitur in judicio peragendum juramentum nostris moribus in masculis erectione duorum priorum digitorum, in fœminis eorum sinistro pectori impositione peragitur, vid. *Wichmannshausen Disp. de perjurio judicial.* §. 8 *Hal.* 1714. Quæritur itaque, quæ ratio, cur masculi solummodo erigant digitos? adæquata quamvis ea de re suppeditari *nequeat* causa, extiterunt tamen nonnulli, qui eminen*tiam indicari* maritalem, subjectionemque a parte sexus *fœminini* asseruerunt. *Setser de Juram. L. I. C.* 15. *n.* 19. *Klein ad Schœpf. Tit. de Juram. n.* 9. *verb. in masculis.* Alii, quibus illa minus placet ratio, sibi vel persuadent, erectionem duorum digitorum in memoriam animæ ac corporis, sive duarum virtutum justitiæ scilicet & veritatis fieri. *Berger Dp. de Urpheda C.* 5. §. 8. *Stryk. V. M. Tit. de Jurej.* §. 11. *ej. de Jur. sens. Diss.* 7. *n.* 39. 41. *seqq.* vel in memoriam Trinitatis tres requirunt digitos. Quicquid vero sit, optimum tamen erit consilium, consuetudo legesque, quam præscripserunt ac postularunt normam, si observemus, *Schœpf. Tit. de Juram, num.* 15. Interim cum omnes isti una cum digitorum erectione consueti ritus saltem inter adiaphora sint numerandi, *Carpzov. P. II. C.* 16. *Def.* 6. *num.* 2. fieri hinc solet, ut pro diversitate provinciarum diversæ quoque sint solenni-

Quot & quomodo adhibentur digiti.

nita-

nitates. Sic nonnunquam non eriguntur digiti, ſed ſacro imponuntur codici, qui *in L.* 13. §. 4. *C. de Judic.* terribilis vocatur ſcriptura. Nonnunquam tres tolluntur digiti, quod de Juramento fidelitatis a vaſallo domino directo jurando docet *Schnobel Dp. feud. 5ta Th.* 18. ubi ſimul digiti ad faciei altitudinem ſunt elevandi, dem Geſichte gleich. *Beier. all. Dp. de manibus Th.* 23. Nova nunc exoritur quæſtio, num digiti manus dextræ, an ſiniſtræ ſint elevandi? etſi vero dextræ prærogativa quaſi debeatur, cum ſit ſiniſtra promtior validiorque & ſignum reputetur poteſtatis, dexteritatis, prudentiæ, felicitatis, ac devotionis, adeoque dicendum eſſet, quod ſolennitates in præſtatione jurisjurandi uſitatæ digitis dextræ manus veniant exequendæ, tamen idem eſſe nobis perſuademus, quibuscumque fiat digitis, quacunque manu, dummodo partes juramenti eſſentiales haud negligantur. *Coler. Proc. execut. P. I. C.* 10. *n.* 285. *Rauchb. P. II qu.* 2. *n.* 69. *conf. Wildvogel Dp. all. de Jure manus dextræ Sect.* 5. §. 8. *ſeqq.* Refert hinc *Bocerus Claſſ.* 6. *Dp.* 18. *th.* 119. caſum, aliquem qui dextra caruit manu, conſuetas ſiniſtra manu in urphedæ præſtatione feciſſe ſolennitates. *v. Berger. Dp. de Urpheda,* vom geſchworenen Urphede *C.* 5. §. 8. *Lipſ.* 1687. Imo intrepide ſtatuimus pedum digitis quoque ſolennitates quasdam peragi poſſe, dummodo ſummæ poteſtati ea methodus placuerit, cuicunque enim competit ſumma in Republ. poteſtas, ſolennitates ordinandi jus habet *all. Dp. Vogtii* §. 17. 18. 26. *conf. Marc. Mantua Tr. de Major. XXV. ann. efficaciter. obligando fol.* 19. *verſ. Tertio quæritur.* Quamvis enim pedes unice creati videantur, ut terram premant, nihilominus tamen noſtra poteſt procedere ſententia. Quare de Jure Sax. veteri, quoniam Judæorum tanta erat malitia, ut juramenta a Chriſtianis delata ſpernerent, ſibique perſuaderent, illi ac ſi poteſtatem non haberent deferendi, horrendæ ſolennitates formulæque juramentorum obſervatæ reperiuntur. Da muß der Jude ſtehen auf einer Schweinhaut, die junge gehabt hat binnen 14. Nächten, die Haut ſoll man aufſchnei-

Cujusnam manus deſiderentur digiti.

An pedum digitis ſolennitates peragi queant?

schneiden bey dem Rücken, und sie breiten auf die Zitzen, da soll der Jude aufstehen barfuß, und nichtes anhaben, dann ein Nieder-Kleid und ein härin Tuch um sich, also ist sein Recht. *conf. Casp. Ziegler. Disp. de Jur. Judæorum C. 5. §. 5. Vitb.* 1684. *Thom. Gauteri Dp. Theol. de forma Jurisjur. Marb. Catt.* 1687. *Stryk de Jur. sens. Diss. 7. C. I. n. 14. seqq.* ubi variorum locorum mores ac juramentorum formulæ recensentur.

§. XIV.

De conditione: Digito cœlum attingere.

De usu huc usque verba fecimus digitorum, antequam vero colophonem huic addimus capiti, non possumus non de non usu insimul eorum *loqui ac scrutari*, casus num existat, digitorum ubi cessat ministerium, & commode profecto conditionum materia nobis venit in mentem, de quarum divisionibus ac definitione multas nunc allegare possemus opiniones, nisi Tua L. B. patientia *hac* ratione abuteremur, divisioque inter conditionem *impossibilem* natura vel lege talem sufficeret. Inter *eas vero*, quæ ut adimpleantur, natura ipsa haut permittit, merito ea refertur conditio, cujus mentionem faciunt *L.* 16. in *f. ff. de Injust. rupt. irrit. testam. Si conditio (in testamento fuerit adjecta) impossibilis, veluti Titius digito si cœlum tetigerit, heres esto, placet, perinde esse, quasi conditio adscripta non sit, quæ est impossibilis. Et in* §. 11. *J. de Inutil. stipul.* dicitur. *Impossibilis conditio est, cui natura impedimento est, quo minus existat, veluti si quis dixerit si digito cœlum attigero, dare spondes. At si ita stipulatur, si digito cœlum non attigero, dare spondes, pure facta obligatio intelligitur adeoque statim peti potest. conf. Philip. Brusselius Tr. de Conditionibus testam. contract. & pact. L. I. Tit.* 2. *Schwendend. Dp. de Conditionibus, Lips.* 1665. *Christ. Woldenberg. Dp. de Conditionibus civil. & canonicis Art.* 3. §. 3. *Rost.* 1661.

CONSPECTVS
CAPITIS TERTII,
DE
ABVSV DIGITORVM.

§. I.
De abuſu in genere.
§. II.
De nimio cultu digitorum.
§. III.
De injuriis verbalibus.
§. IV.
De obligatione ſub facultate injuriandi.
§. V.
De injuriis realibus extra corpus.
§. VI.
De injuriis corpus afficientibus.
§. VII.
De Talitro.
§. VIII.
De Talitro judici, ſculptæ Dei imagini illato.
§. IX.
Von Brůmgen ſchlagen, vor die Naſe ſchnippen, Fuchs grůnſſen laſſen, einen Maulaffen oder Jähnaffen machen.
§. X.
De injuriis in Judæos & mortuos.
§. XI.
De Alapa deque injuriis a ſacerdote alteri illatis.
§. XII.
De delictis in digitos proprios.
§. XIII.
De delictis in aliorum digitos.
§. XIV.
De pœna ob læſum digitum.

§. I.

Cum nihil propè in rerum extet natura, in deterius quin declinet, ita mortalium ea quoque eſt indoles, ut ob vitiorum concatenatam multitudinem non immerito atro notentur lapide, ſæpeque homo hominis appelletur diabolus. Multi enim omnes animi corporisque vires eo intendunt, ut quacunque ratione proximum lædant, hinc tot homicidia, latrocinia, adulteria, injuriæ, quæ ex abuſu profecto intellectus, voluntatis, membrorumque proveniunt. Idque magis ut reddatur perſpicuum,

De abuſu in genere.

cuum, quantum nostri postulat instituti ratio, de digitorum abusu pauca faciemus verba.

§. II.

Consistit vero abusus partim in faciendo, partim in omittendo, quod ex exemplis cognitu erit facillimum. Primus itaque sit, quem in scenam producimus, iste, in colendis digitis justos qui excedit limites, occasione suppeditante *Seneca Epist.* 66. *p.m.* 243. *An potius optem*, inquit, *ut malacissandos articulos exoletis meis porrigam, ut muliercula aut aliquis in mulierculam ex viro versus digitulos meos ducat;* Melius adhuc describit tractatores *Clearchus apud Athenæum L.* 6. *in deliciis & mollitie Paphii cujusdam adolescentis. Jacebat ille in lectulo, sed ad pedes lectuli sedebat quispiam, qui ejus pedes genibus suis impositos tenui panniculo confoveret. Quid autem præterea fecerit, vel silente me non obscurum, deinde alius ad ipsum lectum sedens cum adolescens manum suam velut languidam remisisset, ille appronans se & huic accidens, demulcebat eam & contrectabat, digitorum singulos trahens & extendens per vices, ita, ut qui primus illam cucurbitam vocaverit, ingeniose & feliciter dixisse videatur.* Huc & illi jure spectant meritoque, qui ob nimiam animi corporisque mollitiem magis ac effœminatum in modum per dies totas totasque noctes chirothecati incedunt, nihilque agunt aliud, quam ut manum digitosque contra solis aerisque defendant injuriam. Quamvis chirothecæ enim eximium præstent usum, hinc & pignoris loco quam sæpe olim sint datæ, Land-R. *L.* 2. *Art.* 26. *verb.* das Hand-Zeichen, nihilominus tamen usus earum persæpe in vitium degenerat ac abusum *conf. M. Joh. Godf. Bœhme Disp. de pignore per chirothecam. Lips.* 1674. Possemus hoc loco etiam de osculatione pedum pontificis, ut & de solennitatibus, quæ in tractando Rosario adhibentur, loqui, verum mittimus eas meditationes, cum alii jam eam materiam pertractaverint. v. *Mayer Tr. de Osculo pedum pontificis Rom. Ej. Dp. de Rosario*, vom Pater Noster. *Gryph.* 1710.

De nimio cultu digitorum.

§. III.

§. III.

Relicto nimio digitorum cultu ulterius progredimur, ac imprimis ab injuriis differendi depromimus occasionem. Illud enim extra dubitationem positum est, quod gestibus aliorum fama violari possit, quidni ergo & digitorum ministerio idem perpetrari queat delictum? Nutus enim aliique gestus mox capite, mox oculis, mox manibus fieri solent. *L. 15. §. 27. & L. 39. ff. de Injur. Simon Disp. de Nutu Thes. I. Arg* 1667. Injuriæ vero vulgo in verbales & reales dispesci solent. Ad prioris ordinis injurias quoque aliqua ex parte spectare nostram tractationem, sine multa demonstrari poterit difficultate. Finge enim Cajum vitium deformitatemque naturalem alicui exprobrasse, eumque nominasse: Eine lahme Hutschge, eine Blindschleiche, Schielwippe, Hanß ohne Finger, neun Finger, einen kleinen Däumling, certe a pœna immunis haberi nequit, ejusmodi enim detegi defectus inhumanum est. *Conf. Thomasii Dp. de Homicid. Linguæ* §. 6. *Hal.* 1699. aliter dicendum erit, sit fiat ejusmodi vitii mentio relative *Stryk. de Jur. Sens. Diss. II. c. 5. n.* 4. aut ex joco seu dicis gratia *Bruckner. Dp. de eo quod fit dicis gratia c. 3. §. 6. Jenæ* 1694. *Lincke Dp. de Scommat. Thes.* 30. Pariter is pœna injuriæ gravitati convenienti erit plectendus, qui alterum appellavit injuriandi animo: Einen Nasenstieber-Jungen, einen dummen Teufel, der nicht weiß, wie viel er Finger hat, einen Nagel-Fresser vel qui de altero narravit, daß er Nasenstieber vor Geld gelitten.

De injuriis verbalibus.

§. IV.

Possemus nunc quoque inquirere, quid Juris æquitatisque, si quis e. g. ea conditione debitum contraxerit: wenn er solche Post zu gesetzter Zeit nicht wieder bezahlete, so solte N. N. als Creditori frey stehen, ihm mit den in præcedenti §. erwehnten Schmäh-Worten zu belegen, ja gar auf öffentlicher Straße Nasenstieber zu geben; verum brevitatis studio nominamus saltem nonnullas lectu dignissimas disputationes, in quibus sparsim hujusmodi obligationis mentio fit,

De obligatione sub facultate injuriandi.

v. g. *P. Mulleri Dp. de Obligat. sub Infam.* bey Schelm schelten *Sect. 2. Jen.* 1689. *Zoll. Dp. de Promission. generos. fide munitis,* von der Cavalier-Parole, *Rinth.* 1695. *Grass. de Promiss. sub Amiss. honor. Existimationis, famæ & fidei:* Bey Verlust Ehre und Geführ, Treu und Glauben, *it.* bey Schelm schelten *c. 2. Tubing.* 1703. *conf. Chuno Dp. de Honestate Mulier. c. 2. §. 6. Heidelb.* 1659. *Wildvogel. Dp. de ictu fustium c. 2. Thes.* 31. *Jen.* 1703. quique ejusmodi obligationes cum facultate injuriandi concinnatas desiderat, adire potest *Stryk. in Cautel. Contract. Sect. 2. c. 6. p. m.* 272. tenor ita sonat: Solte sie auch dergestalt ihre Vergnügung nicht erhalten können, so gebe ich ihr freye Macht und Gewalt, mich mit Schelt- und Schmäh-Schriften an allen Orten und Enden anzugreifen, selbige anzuschlagen, auch davon nicht abzulassen, biß die Frau Gläubigerin vorgenüglich bezahlet, und soll sie durch dergleichen procedur wider Recht nicht gehandelt haben. Alia formula: Und zwar der Debitor wollte hiemit denjenigen Advocaten, welcher ihm wider die in gegenwärtiger Obligation enthaltenen Verbindung dienen würde, vor einen Schelm erklähret haben, *vid. Stryk. Sect. I. c. 5. §. 21. de Cautel. Contract.*

§. V.

De Injuriis realibus extra corpus.

Atque istæ injuriæ sunt reales, dum committuntur facto aliquo turpi ad probri aut turpitudinis notam comparato. *L. 15. §. 27. ff. de injur.* illæque mox extra corpus, mox in corpus perpetrantur. Priores generis sunt, quando honestam fœminam digito quis cum nutu advocat.

I. per nutum.

Cum enim honestatis præsumtio nunquam non pro muliere militet *Schneidew ad §. in dupl. J. de Action. n.* 14. *Mascard. de Probat V. 3. concl.* 1410. tali ratione cum ejusmodi persona nullo modo est procedendum. Is enim, qui fœminam, quocunque vadit, insectatur, injuriarum tenetur, quia insectari idem est, ac ingenuæ fœminæ sugillare pudorem. *Manz. ad §. 1. J. de Iniur.* quidni igitur idem sit dicendum, si nutu accessum petat. Clarius dicta elucescunt *ex Resp. Fac. Jur. Lips. Mens. Febr.* 1715.

Hat

Hat Sempronius am 24. Dec. des jüngst abgewichenen 1714ten Jahres einer vornehmen Weibes-Person gewincket, worüber bey denen anwesenden Personen ein Gelächter entstanden, und es hat dieselbe solches als eine Beschimpffung angenommen, es ad animum sich revociret, und ihr begehret, ob sie ihn deswegen actione injuriarum belangen könne, und wider ihn nach der Schärffe des Duell-Mandats zu verfahren, belehret zu seyn.

Ob nun wohl das Wincken ein Actus indifferens ist, und daß es zu eines Beschimpffung geschehe, eben nicht gesaget werden kan, in zweiffelhaften Fällen auch der animus injuriandi nicht præsumiret wird, Animus enim injuriandi non præsumitur, nisi probetur, *arg. l. 15. §. 36 ff. de injur. Joh. Faber ad §. fin. J. de injur. n. 5.* also daß actio injuriarum wider Sempronium nicht statt habe, es sich ansehen lässet.

Dennoch aber und dieweil Sempronius, dem Anführen nach, eine Manns-Person von schlechter Condition ist, welcher einer vornehmen Weibes-Person zu wincken, indem daraus eine Vertraulichkeit præsumiret zu werden pfleget, nicht zukommt. Personæ autem injuriantis vilitas, & injuriati dignitas consideranda. *Anton. Conciol. resol. crim. verb. defensiores. II. n. 2.* Darüber auch ein Gelächter entstanden, und dergestalt besagte Weibes-Person würcklich geschimpffet worden, eine injurie aber auch gestu begangen werden kan, *l. 15. § 22. sequ. & l. 39. ff. de injur.* Et si quis vexationis causa deridendus propinetur, *Bajard. ad Jul. Clar. L. 5. rec. sent. §. injuria n. 3. sequ Hunn. in Colleg. crim. Disp. 2. §. 11.* aut contra bonos mores ab aliquo quid fiat, injuria committitur, *Brunn. ad l. 15. ff. de injur. n. 4. sequ.* Injuria enim ex affectu facientis constat, *l. 3. §. 1. ff. de injur. Wesenb. lib. 1. Cons. 22. n. 3. Hunn. in Colleg. crim. Disp. 2. §. 3.*

also daraus, daß es animo injuriandi geschehen, zu schliessen, demnach, da Sempronius keine Ursache, weßhalber er besagter Weibs-Person gewincket, angeführet, in so weit graviret ist, daß ihm, daß er keinen animum injuriandi gehabt, der Reinigungs-

 Eyd

Eyd aufzulegen. *l.* 3. *C. de reb. cred. l.* 1. *C. ad l. Com. de Sicar. Gail. Lib.* 2. *obs.* 106. *Hunn. c. l.* §. 6. auch in dem Königl. Preuß. Duell Edict alle Injurien, so auch gestu geschehen, verbothen; So mag wider Sempronium nach Anleitung erwehnten Duell-Edicts wohl verfahren, und er deshalber actione injuriarum belanget werden, A. V. R. W. Locum æque hic quoque inter injurias reales obtinet, alteri medium si ostendam digitum einen Nasenstieber, die Zunge raus blöcke, distractis labiis & admoto digito einen Zähn-Affen mache, *conf. Matthæi ad ff. L.* 47. *Tit.* 4. *C.* 1. *n.* 1. *Foman. ad. J. Dp.* 27. *Th.* 12. *Henr. Newenhann. Dp. de Injuriis Th.* 2. *Jen.* 1618. ac ultimo in casu, cum injurians animo factum id esse injuriandi negaret, juramentum per sententiam fuit injunctum *a Dn. Scab. Lips. in Causa* S. C. M. *contra* D. R. *mens. Nov.* 1676. Nec inconcinne quæstio proponitur, an supra nominatæ injuriæ, cujusmodi casus exprimitur *in Consil. Marpurg. V.* 3. *Cons.* 28. *n.* 108. si quis oculos distorqueat, adunco naso suspendat, ficum monstret, subsannet, *Coeppen Vsu pract. L.* 2. *Obs.* 79. ad injuriam *in Nov.* 115. *C.* 3. §. 1. *Si quis parentibus suis manus intulerit*, sint referendæ? quod negat ac pro affinibus saltem intuetur *Pet. Schulze Dp. de Manu in parentes injuriosa C.* 2 §. 1. Aliud adhuc restat injuriæ realis exemplum, quando a tergo duobus formo digitis cornua *Ant. Matth. Tr. de Crim. Tit. de Injur.* C. 1. *n.* 1. adeoque virum indigito per socordiam adulteriis uxoris conniventem, qui vulgo cornutus appellatur, quasi corde nudus, qui dedecus tale patitur. *Job. Parlador Rer. quot. L.* 1. C. 17. *n.* 6. ac *Lansius de Cornu indeclinabili contra Britann. p.* 581. ita jocatur. *Hircus*, inquit, *inter animantia patienter in re venerea socium admittit, unde eum, qui non ægre idem patitur, cornutum dicunt. conf. Roth. Dp. de Characteribus* C. 3. §. 1. *Schröter Dp. de Injuriis* §. 6. *Philipp. ad Inst. Tit. de Injuriis* §. 1. De pœna olim in cornutos statuta, ridiculum quid profert. *Chuno in Dp. de Honestate mulierum* C. 3. §. 3. *Heidb.* 1659. *In Catalonia unicuique*, inquit,

2. Medium ostendendo digitum.

3. formando einen Zähnaffen.

4. Cornua digitis repræsentando.

qui

qui cucurbitatus est, 40. *solidi sunt exsolvendi, & Parisiis duci eos per vicos retrogrados super asinum præcone clamante: Qui sic faciet, sic accipiet.* Tempora vero sunt mutata, & pœnæ mutatæ in illis. Tacemus in præsens de scandalosis libidinosisque digitorum gestibus, castis molesti ne existamus auribus, interim certius est, quam quod certissimum, illos pœnam mereri, ac injuriarum actione vindicari posse. Refert hinc *Carpz. Pr. Crim. P.* 3. *Qu.* 133. *n.* 35. casum, qui ob paritatem rationis optimo jure hic apponitur, quod juveni aliquando veste impudica induto relegatio fuerit dictitata. Hat ein junger Gesell ihm ein paar langstiegliche Hosen und daran einen ungewöhnlichen und unzüchtigen Latz machen lassen, dieselben auf einer Hochzeit, da er Braut-Diener gewesen, auf den Abend angezogen und getantzet, cætera scandalum facile parientia prætermitto, so wird er derowegen mit zeitlicher Landes-Verweisung billig in Strafe genommen.

§. VI.

Supersunt nunc quoque injuriæ reales, quæ ipsum afficiunt corpus. Pone ergo casum, vasallum aliumve domini directi uxorem aliamque fœminam honestate perspicuam digito irreverenter tetigisse, sæpe enim digiti porrectio libidinis dicenda est indicium, exinde contra eum actio conceditur injuriarum, imo ipsum amittit feudum. 1. *F.* 5. 1. *F.* 17. 2. *F.* 57. ibi enim inter causas amissionem feudi operantes & illa refertur, *si cum domini uxore turpiter luserit.* Lusus iste vero in eo consistit, fœminam impudenter si contrectaverit, manum digitosque in sinum deposuerit, mammasque tetigerit, digitos tulerit ad papillas vel sub vestimenta *Cujac. ad text.* 1. *F.* 5. *Sonsbec. Comm. Feudal.* P. 12. *n.* 24. *Schrader. de Feudis* C. 2. *n.* 72. *Vultei. L.* 1. C. 11. *n.* 31. *Carpz. Pr. Crim. P.* 2. *Qu.* 60. *n.* 27. *Mascard. de Probat.* Concl. 453. *n.* 15. Imo *Farinacius Oper.* Crim. *Qu.* 136. *n.* 140. sibi persuadet, ob impositionem manus aut digiti in mamillas uxores, maritum ad sepa-

De Injuriis, quæ corpus ipsum tangunt.

I. libidinosus cum digitis lusus in fœmina.

ſeparationem agere circumſtantiis urgentibus poſſe. *Conf. Maſcovius Dp. de præcipuis feloniæ ſpeciebus* §. 9. *Gryph.* 1697. *Willenberg Dp. de Vaſallo epichærecaco* von dem Lehnmann als einem Schadenfroh *C.* 2. §. 44. *Fr.* 1700. *Non ſolum enim adulterio proprie ſic dicto* inquit *Chuno in all. Dp. c.* 6. §. 9. *læditur honeſtas, ſed & ſi fœmina inhoneſte ſeu libidinoſe cum alio luſerit, vel ſpurce & luxurioſe ſe contrectari, h. e. in partibus illis, quibus mulieres ſunt mulieres, quasque natura in ſecretum locum detruſit, ſe palpari paſſa fuerit, nam ejusmodi partium tactus maximam attrahit adulterii præſumtionem. Maſcard. de Probat. Concl.* 811. *n.* 5. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 136. *n.* 140. Rigida hinc pœna in *LL. ſalicis Tit.* 12. ejusmodi amoris conciliatoribus dictitata legitur, qui enim manum vel digitum fœminæ ſtrinxerat, is *15. ſolidos, qui brachium,* 30. ſolidos, qui mammillas 45. ſolidos pœnæ loco exſolvere tenebatur. *conf. Lindenbr. in Cod. LL. antiqv. Stryk. all. Dp. de Man. ſtip. & por. C.* 3. *n.* 16. Dum vero de illicito membrorum locuti ſumus tactu, quæſtio hic optime *ſibi locum* vindicaret, num desponſatis ac conjugibus *vel ſibimet* ipſi ſecretiores corporis partes tangere licitum *ſit? verum* cum alii ex aſſe reſponderint, iis & nos ſubſcribimus. *Stryk de Jure Senſ. diſſ.* 7. *n.* 21. *J. C. Falckner Dp. de eo, quod juſtum eſt circa læſionem pudicitiæ. Th.* 15. *Ien.* 1679. Quo & ſpectat quæſtio, an quis ſecretas corporis partes pro certo pretio oſtendere queat, quam in gemellis concretis affirmat *Schœpffer Dp. de Gemellis concretis C* 3. §. 2. *Roſt.* 1709.

§. VII.

2. Talitrum. Ad aliam mea nunc ſeſe convertit oratio injuriarum ſpeciem eamque haud levem, talitri ſcilicet impoſitionem, & extant nonnulli illud inſtar gravioris injuriæ qui venditant, quam alapæ inflictionem. *Stryk Dp. de Alapa c.* 4. §. 43. *Fr.* 1675. quod ſi concedamus, nihil refert, interim præjudicia mortalium diverſæque provinciæ ſæpe levitatem gravitatemque imponunt ejusmodi injuriis, voluntas etiam imperantium qualitatem ſæpe adimit actioni, vel, ut *Seneca* dicit,

cit, non ſenſum detrahit doloris, ſed nomen injuriæ. Deſcribitur vero talitrum, quod ſit illiſio digiti in naſum, vulgo ein Naſenſtieber, quod diſtinguit *Stryk all. Dp. de Alapa c.* 1. *n.* 10. de illiſione unguis in frontem, von einem Schnelling, ac eandem eſſe infligendam pœnam ei, qui dentibus vel unguibus invaſit alterius faciem, quæ illi ſolet infligi, baculo alterum qui percusſit, docet *Stryk Dp. de Phyſiognomia c.* 4. *n.* 18. Cujus ſententiæ fundamentum in eo forſitan ſitum eſt, quia quoties quis in facie fuit percuſſus, quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis figurata eſt cœleſtis *v. l.* 17. *C. de pœn.* toties injuria pœnaque creſcit. Gab. Pachelbl. *a* Gehag *Dp. de Cicatricum & deformitatis æſtimatione p.* 2. *Hal.* 1696. Sit itaque gravis injuria, digitis alterius petere naſum, cum locus injuriam augeat §. 9. *J. d. Injur.* naſusque ob egregium, faciei quod affert, ornamentum, nunquam non intactus maneat, imo nec in damnatis fuerit olim maculatus. *L.* 17. *C. de pœn.* Quæritur ergo; num præceptor talitro afficiendo diſcipuli naſum conveniri queat? Verum cum prætor injurias non curet minimas, v. latius Becht *Dp. de Minimis* §. 89. *Arg.* 1660. illa vero inter minimas ſit referenda, cum non injuriandi, ſed corrigendi animo perpetrata ſit, adeoque accurate loquendo, nomen injuriæ vix mereatur, merito abſolvendus erit præceptor. *L.* 15. §. 38. *ff. de Inj. L.* 5. §. 3. *ff. ad L. Aquil. Gail. L.* 2. *obſ.* 106. *Mev. ad J. Lub. L.* 3. *Art.* 10. *Tit.* 8. *n.* 19. *Stryk. all.* Dp. *de Præceptoribus c.* 5. *n.* 26. Quid de talitro conjugi ſeu uxori illato ſentiendum, collige *ex Hermann* Langenbeck Dp. *de Caſtigatione moderata Sect. II.* §. 13. quippe qui poteſtatem uxorem coercendi marito quidem concedit, interim ea excludit remedia, quæ ad injuriam potius, quam correctionem inventa e. g. wenn die Frau über den Stock ſpringen muß. *conf. Becmann.* Dp. *de Felicibus injuriis c.* 2. §. *l. Fr.* 1690. *Falckner* Dp. *all. de læſ. pudic. Th.* 32.

An præceptor talitrum impune imponat diſcipulo?

§. VIII.

Exoritur, quod notiſſimi juris eſt, injuriarum atroci-

tas

tas variis ex causis, *L. 7. §. 8. seqq. ff. & §. 9. J. de Inj.* mox ratione patientis, mox agentis, *Mev. ad Jus Lub. P. 4. Tit. 4. Art. 8. n. 5.* partim ob cumulationem *à Sande* Dec. *Fris. L. 5. Tit. 8. Def. 1.* partim ratione modi, loci, quantitatis, temporis. Excluditur hinc jocus, nec injuriarum agi potest, si quærenti, solvesne debitum 100. tal. respondeatur, ich will dich mit holländischer Müntze mit Stiebern bezahlen, tunc enim obtinet, quod vulgo dicitur, man muß nicht alles zu Boltzen drehen. *Si quid dictum*, inquit Plautus, *per jocum non æquum est, id te serio prævortier*, interim judicis ista verba nonnunquam subsunt dijudicationi *Carpz. Pr. Cr. Qu. 97. n. 14.* Hinc in casu D. G. E. *contra J. C. H. coram Senatu Academico Lipsiensi Mens. Nov. 1714. ubi H. ad E. dixit:* Stieber, ja Stieber solt ihr haben ꝛc. *judicatum est*, daß J. C. H. D. G. E. eine Ehren-Erklährung vor Gerichte zu thun, so wohl die verursachten Unkosten abzustatten schuldig, und wird er hierüber willkührlich 3. Wochen lang mit Gefängniß oder um 15. Rthl. billig bestraffet, er könte und wolte denn, vermittelst seines leiblichen Eydes sich reinigen, und daß er am 14. Jul. dieses Jahres wider E. nicht gesaget, Stieber solt ihr haben, ja Stieber solt ihr haben, schweren, auf welchen Fall er zwar mit der Ehren-Erklährung zu verschonen, und an statt 3. Wochen nur 8. Tage lang mit Gefängniß oder um 5. Thl. zu bestraffen und zur Entrichtung der Unkosten anzuhalten. V. R. W.

De modo loquendi. Einem mit Stiebern bezahlen.

Pone porro casum, Cajum injuriis magistratum affecisse judicique talitrum dedisse, non potest non gravissima ei dictari pœna, ut enim omnis injuria, quæ in magistratum effunditur, dicitur atrox *L. 7. §. 8. ff. de Inj.* Carpz. *Qu. Crim. 100. n. 1.* multo magis ea, quæ in illisione digiti in nasum consistit, eo erit numeranda. *Harprecht Dp. de Injuria magistratui illata §. 6. 12. seqq.* Quid de eo vero sentiendum casu? Cajo dictatur pœna 50. Fl. propter talitri impositionem Mevio factam. Cui interroganti judicem, ob ein Nasenstieber nur 50. fl. kostete, judex respondit affirmando. Quo audito Cajus 100. fl. solvit, ac judicis nasum digitis

De Talitro magistratum gerenti illato.

digitis petit. Quæritur, num pœna ante delictum perpetratum soluta sufficiat, nec ne. Verum cum insignis malitia hic concurrat, ac fraus in legem appareat, merito gravior pœna venit applicanda. Alia quæstio oritur, quid sentiendum, si quis imaginem Dei sculptam aut pictam ignominiose tractaret, ac talitrum illi imponeret. Simile quid accidit in principatu Hennebergico, ubi ex imperitia Judæum quis conduxit, ut inscriptionem hebraicam signo Christi crucifixi insculperet, qui vero multis blasphemiis inscriptioni inditis crucem corrupit, v. casum in *Sam. Reyheri Dp. de crucifixi Christi titulis* C. *XI. Kil.* 1694. Et hoc in delicto pœnam blasphemiæ locum habere, apparet *ex Responso Fac. Jur. Lips. Mens. Febr.* 1715.

De Talitro, quo imago Dei sculpta fuit læsa.

Hat *Cajus*, als er in eine Evangelische Kirche gegangen, dem auf dem Altar stehenden *Crucifix* einen Nasenstieber gegeben, demnach entstehet die Frage: Was es bey denen *Protestirenden* vor ein *Delictum* sey, und mit was Straffe dasselbe zu belegen?

Ob nun wohl Bilder auf denen Altären nur zu einer guten Erinnerung aufgesetzet werden, und unter die *adiaphora* zu rechnen, immassen die erste Kirche von solchen Creutz-Bildern etliche 100. Jahre nichts gewust. *Schneid. disp. de sign. Cruc.* auch kein *Crucifix* dergestalt beehret werden soll, daß daraus ein Zeichen eines Anbethens entstehen möge, oder daß man auf solches blosse Creutz sein Vertrauen setzen und von demselben Hülffe erwarten solte, *licet perperam aliud existiment arg. Nov* 5. *cap.* 1. *Matth. Stephani ad Cod. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 9. *Barthol. Chassenæus Catal. gloriæ mundi P.* 1. *Concl.* 99. *Gretserus de sac. Cruce T. I. lib. I. c.* 5. *& lib.* 2. *c.* 66. *Albert de Rosate in tit. Cod. nem. licere sign. salvat. merito refutati ab Osiand. in Enchirid. controv. relig. c.* 23. *Chemnit. in* 4. *exam Concil Trident. f.* 44. und, dem Anziehen nach, *Cajus* solches im lachenden Muthe gethan, also, daß er die Meinung hierdurch eine Arth der Gotteslästerung zu begehen nicht gehabt, scheinen will.

Dennoch aber und dieweil vermöge derer Grundsätze der Evangelischen Religion alle Leichtsinnigkeit bey Ausübung des

Gottesdiensts verbothen, und ein dergleichen *Crucifix* deshalber auf den Altar gesetzet wird, damit man sich des Leidens Christi dabey erinnern, und unserm Heyland vor die am Creutz geschehene Erlösung darbey hertzlich dancken soll, also der Unterscheid unter den rechten Gebrauch und unter dem Mißbrauch zu halten ist, *Polycarpus Lyser. Harmon. Evang. c.* 134. §. 4. *Chemnit. in loc. Theol. de imagin.* so wohl dergleichen *Crucifixe* zu denen *rebus sacris* auf gewisse masse gerechnet werden, *cruces enim rebus sacris sive iis, quæ divini juris sunt, annumerantur. Gudelin de jure noviss. lib.* 6. *c.* 13. *verb. de quibusdam rebus. &c. Et qui Salvatoris nostri imaginem manibus impiis ex malitioso & calumnioso animo percutiunt, ipso facto blasphemiam immediate in Deum committunt.* Carpz. P. 4. C. *l. d.* 10. *n.* 2. *& ea propter pœnam mortis locum habere vult.* Clar. *l.* 5. §. *fin. pract.* Crim. *qv.* 68. *vers. imaginem. Omnes enim blasphemiarum modi reducuntur in id, quod est dictum vel factum in contemtum* Dei. *Farinac.in Prax.* Crim. *Lib. l. tit.* 3. *qu.* 20. *n.* 16. 17. *Jul.* Clar. L. 5. *sent.* §. *blasphemiam pr. Treutl. v.* 2. *disp.* 32. *th. l. lit. A.*

in denen Churfürstl. Sächsis. auch anderer der *protestirenden Religion* verwandten Fürsten Landen eingeführten Rechten aber alle Gotteslästerung mit hoher Strafe beleget ist, hiernechst, vermöge derer Kayserlichen Rechte, derjenige, so eines Fürsten *Statue violiret*, dafür daß er ein *Crimen læsæ Majestatis* begangen, gehalten wird, *l.* 6. *ff. ad L. Jul. Maj. ibique Brunn. Joh. Bart. Bajard. ad Jul.* Clar. *L.* 5. *Rec. sent.* §. *blasphem. n.* 1. Das Laster der Gotteslästerung aber und *offensio divinæ* viel grösser und strafwürdiger, als *temporalis Majestatis* in der Churfürstl. Sächsis. Policey-Ordnung *de anno* 1612. *tit.* von Gotteslästerung rc. *vers.* und weil *ex hoc genere delicti &c.* geachtet wird, *arg. l. un.* C. *nem. l. c. sign. salv. Nov.* 77. Hingegen auf diejenigen, so dergleichen *Crucifix* beschimpfet, keine gewisse Strafe gesetzet ist, und *in pœnalibus* die *extensio*, besonders einer besetzten Todes-Strafe nicht zuläßig, sondern dessen Anthung des *Judicis arbitrio* zu überlassen, *quod autem*

in

in Jure definitum non est, arbitrio Judicis relinquitur, l. 1. §. ult. ff. de jur. delib. l. 8. §. 3. & 5. ff. de reb. autor. jud. possid. Coras. *lib. 4. Misc. c. 2. n. 5. Menoch. lib. de arbitr Judic. qu. in proœm. n. 5. & quæst. 14. n. 3. Et in eos qui ipso actu Deum blasphemant, certa pœna jure constituta non est, ideo hujus generis blasphematores judicis arbitrio pro facti qualitate puniendos esse volunt,* Carpz. *in Pract. Crim. P. 1. qu. 45. n. 99. Paul Grilland Tract. de Sortil. qu. II. n. 18. Hinc qui crucem vel etiam imaginem Salvatoris nostri malitiose conspurcant, vel scandalum in crucem Domini nostri admittunt, pœna pro modo circumstantiarum arbitraria sunt afficiendi, Struv. in Jur. Sacr. Iustin. lib. I. tit. 8. qu. 5. & de invoc. Nom. div. §. 39. lit. B. Ziegl. ad Lancell. Inst. Iur. Can. l. 4. tit 5. §. 3. verb. linguam &c. Hunn.* Coll. Crim. *Disp. 10. §. 10. Christin. Vol. 2. Dec. Belgic. dec. 41. n. 3. conf. Menoch. cas. 376.* wiewohl, was der *Delinquent* hiebey vor eine *intention* geführet, und was vor Umstände mit vorgekommen, genau zu untersuchen, *cum causæ atque circumstantiæ variæ sint & multiplices, nec regula certa definiri possit, sed discussioni & arbitrio judicis committantur. Ord.* Crim. *Carol. art. 106. Carpz. P. I. qu. 45. n. 75.* zu dem Ende er zuförderst darüber zu vernehmen, und mit seiner Nothdurft gnüglich zu hören.

So mag dieses Verbrechen *pro specie blasphemiæ* wohl gehalten, und, nach Befinden, mit zeitlicher oder ewiger Landes-Verweisung, auch da sonderliche beschwerliche Umstände sich dabey ereigneten, mit dem Staupenschlag beleget werden. Quid juris, numque pœna capitalis, an corporis saltem afflictiva adhibenda, si quis per membra digitosque Dei juraverit, apparet ex *Farin. Qu. 20. n. 18.* Carpz. *Qu. 47. n. 19.* conferatur & *Hoffmannus. in* Consiliis *P. 1. Conf. 2. n. 18.* qui multum differit de Injuriis idolis illatis, quas Deus tamen pœna est prosecutus.

§. IX.

Postquam itaque talitri impositionem quidque de ea judicandum, examinaverimus, de novæ injuriæ dicendum erit

erit genere. Ponamus hinc juvenem virginis labium inferius digito percussisse, germ. ein Brümgen geschlagen, oder vor die Nase geschnipfet, oder einen Fuchs grünßen lassen, an virgo ea propter contra eum tanquam injuriæ reum agere queat? Etsi vero permulti id sine ulla affirment restrictione, quia tactus petulans dicendus est iste actus, impudicitiæque veluti lusus *Bocer. de Adult.* C. 4. *n.* 77. *Hopp.* Dp. *de loco* C. 4. §. 19. nobis magis tamen videtur justum, animus si consideretur, eoque respiciatur, an jocus tactui dederit causam. Nam ex illo si profectus fuerit, injuriosus dici nequit, quia sua natura est indifferens, imo emendationem sæpissime operatur, quo in casu quicquid ex ea provenit, injuriæ haud meretur nomen, potius inter figuratas numerandum est injurias. *L.* 15. §. 38. *π. de Inj.* C. 31. *X. de Elect. & Elect. potest. L.* 55. *π. de R. I. L.* 3. C. *de Patr. potest.* quod clarius nobis constabit, ritum ob oculos si ponamus, qui vocatur Depositionis, ibi enim permulta peraguntur, quæ injuriosa videntur, re ipsa vero ex injuriarum numero sunt excludenda. Quod eatenus procedit, quatenus a *persona* habili peragitur, si enim ejusmodi persona in *alterum mutua* obligatione non obstrictum ejusmodi *actus* exercere vellet, id non posset sine summa fieri injuria. *v. Script. ridic. sub tit. Orbilii plagosi* Dp. *de Iure & natura beanorum* 1661. *Becmann Dp. de Felicibus injuriis.* C. 2. §. 16. *Fr.* 1690.

3. Von Brümgen schlagen, vor die Nase schnippen. Fuchs grünßen lassen.

§. X.

De injuriis, ut & de personis injuriis *lacessitis* pauca protulimus, antequam vero discedimus, Judæum adhuc audimus querentem, cujus barba unguento suino maculata est, dem man mit den Fingern Speck in Barth geschmieret, & num æque ac Christianæ religioni addictus actionem instituere possit? inquirendum. Magna olim barbæ erat æstimatio, summumque nominabatur decus, hinc in nummis prolixæ conspiciuntur barbæ, potestatis ac libertatis signum reputatus barbæ contactus, in pangendis fœderibus, in celebrando adoptionis ritu usu fuit receptus, & inter summas

4. Mit den Finger Speck in Barth schmieren.

refe-

referebatur injurias, alicui si scinderetur, 2. *Sam. X*, 20. vel incenderetur, 2. *F.* 27. *Schneidewin. ad Inst. Tit. de Injur. n.* 4. *Farinac. Prax. Crim. qu.* 105. *n.* 180. *Georg. Casp. Kirchmaier Dp. de Majestate ac juribus barbæ, C.* 2. §. 5. *Vitb.* 1698. quod merito ad dictam quoque extenditur personam, quamvis enim Judæorum quoad religionem castra sequentes viles nominentur personæ, evitandi tamen tumultus ergo non remittenda injuriarum est pœna, nam animus injuriandi progenerat actionem, qui & hic pœnæ subest. *Carpz. P.* 1. *C. I. Df.* 19. *Ziegler Dp. de Jure Judæorum* C. 4. §. 34. Quid vero si Titius digitis læsisset cadaver Sempronii, num quoque ea propter conveniri possit? Et ad hancce respondit quæstionem *Ulpianus in L.* 1. §. 4. & 6. *ff. de Injur. Quoties forte* inquit, *cadaveri defuncti fit injuria, cui hæredes bonorumque possessores extitimus, injuriarum nostro nomine habemus actionem, spectat enim ad existimationem nostram, si qua ei fiat injuria. Quoties porro* pergit *in* §. 6. *funeri testatoris, vel cadaveri fit injuria, si quidem post aditam hereditatem fiat, dicendum est heredi quodammodo factam.* Est quidem commune proverbium de mortuis ac absentibus nil nisi bene. *v. M. Thom. Forstmanni Dp sub hoc tit.* von Todten und Abwesenden soll man lauter gutes reden *len.* 1699. verum perversitas hominum eo sese extendit, ut & eos lædant, sese qui defendere nequeunt, ut latius deducunt *Ziegler. Dp. de eo quod justum est circa mortuos C.* 4. *Th.* 44. *Vitb.* 1680. *Philipp. Dp. de Jure circa cadavera humana* §. 11. *Lips.* 1680. Quare injuriæ liberis, patri, sponsæ, uxorique illatæ a patre, liberis, sponso, maritoque vindicari possunt, quia eæ personæ per consequentiam læduntur. *Pet. Schulze Dp. de eo, quod fit per consequentiam. C.* 2. *p.* 23. *Fr.* 1684.

De injuriis in mortuos.

§. XI.

Alapæ quoque mentio est facienda, etsi enim inprimis manus instrumentum vocetur, digitis tamen multum est tribuendum, *Stryk Dp. de Alapa C.* 1. *n.* 5. Alapam hinc

De Alapa.

hinc describit, *quod sit ictus porrecta manu faciei incussa*, ac asserit, quod si caput aut nasi saltem extremitas aut labia digitis feriantur, alapæ nomen exspiret. Et porro in *C.* 2. *n.* 2. 3. *dict. Dp.* quæstionem movet, an ab illo alicui alapa impingi queat, qui manum quidem unico vero, vel prorsus nullo, instructam habet digito. Huc inprimis quoque spectat, si quis alteri alapam tanto cum pondere dederit, daß man alle 5. Finger sehen kan, vel si quis dum alteri inflixit alapam, gemma acuta, quam gerebat in digiti annulo, ejus læserit vel excusserit oculum. *conf. Ziegler Disp. de Pœnis* §. 26. *Vitb.* 1674. Iste injuriandi modus nostra in tractatione quoque non est omittendus, qui a sacerdotibus nimium affectibus sæpe indulgentibus committitur, ac in eo consistit, si e suggestu dum verba *faciunt, ac in peccata invehuntur*, peccatorem adhuc *ignotum digitis* indicent. Idem enim est, digito aliquem monstrare ac proprio appellare nomine, *L.* 6. *ff. de Reb. Credit.* Olim quidem honori ducebatur, digito si quis monstraretur, hodiernis vero moribus id adeo *gloriosum* non existit, quare in opprobrium alicujus *dici solet:* Alle Kinder weisen mit Fingern auf ihn. Ad scopum *ut redeamus*, elenchi ecclesiastici utilitatem necessitatemque in dubium nulli vocamus, in certos interim cancellos est includendus, limitesque probe sunt observandi, *conf. Schœpffer. Dp. de Usu ac abusu elenchi eccl. ejusque præm. ad pœn.* C. 2. *n.* 1. *sqq. Rost.* 1699. *Pet. Muller Dp. de personæ excellentia* C. 5. *th.* 7. *Jen.* 1682. Communis etenim labes est, ut mortales sua abutantur potestate, quod ab illis quoque aliquando alienum non est, sacris qui præsunt. Nonnulli enim ignorantiæ tenebris vel nimis sunt obruti, vel alio modo officio non satisfaciunt suo, hinc quavis levicula de causa persæpe bilem in auditores commovent, parum attendentes, temporis textusque an permittat conditio. Quod vitium in pastore rurali reprehendit *Mayer in Mus. Ministr. Eccl. P.* 2. *p.* 75. Sæpe etiam sacro ordini adscripti magno cum æstu majorique cum scandalo in illud invehuntur vitium, quod illis ipsis est communissi-

De Injuriis a sacerdotibus illatis.

munissimus, qualis fere nunc ventilatur casus *coram ordine Eccl. Sum.* in Sachen D. W v. W *contra* den Pfarrer zu T. und K. qui in concione ecclesiæ patronum ejusque conjugem variis injuriis lacessivit, und letztere mit der bösen Jesabel verglichen, auch mit den Fingern auf den Stuhl, wo sie gesessen, gewiesen. Aliena hinc in oculis habent vitia, prout loquitur *Seneca*, & a tergo propria apparent. *Dunte Caſ. Conſc.* C. 5. *q.* 10. *n.* 4. Ingeniose ergo *Abrah. Bucholcerus in Epiſt. ad Freihubium* concinnata, cum ministrum ecclesiæ peteret, ejus requisita recensuit. *Id*, inquit, *admonitum te velim, congruentem ad omnia prædicamenta a nobis requiri. Sit ſubſtantia ſimplex, non mixta, & pie ſubjecta Enti tranſcendenti. Quantitas diſcreta, diſcreta inquam. Qualitas literata & bene morata: Paſſio voluntaria, ſit ubique ſemel, & ſemper, τετραγωνος, & habitu, voce, totaque vita doceat. Non deſinat in ax, ut audax, pertinax, contumax, pugnax & mordax. Sit pro tempore vocalis, conſonans, liquida & muta. Sonet utilia non ſubtilia, Catechetica catechetice, & neceſſaria modeſte. Hoſtem non provocet, ſed fugiendo feriat & frangat. d.* 16. *Sept.* 1567. Cum itaque modestia inprimis sacerdotibus curæ sit cordique, non debent non ab injuriis in alios abstinere. Interim nonnunquam monstratio peccatoris digitis facta injuriæ nomen amittit, justæ si observentur circumstantiæ. Cum enim specialis adhortatio Bibliis sanctionibusque sit approbata ecclesiasticis, non possumus ab illis sine injuria divortium facere cum *Simone in Dp. de Action. injur. Sacerdotem concernentibus Membr.* 2. *Th.* 3. *ſeqq. Jen.* 1676. De pastore denique quid sentiendum, qui digitis dormientem monstrat, ac e cathedra injungit sacra proxime assidenti, ejus ut turbet somnum, colligi potest *ex all. Dp. Schœpfferi. C.* 2. *n.* 12. *ſeqq. conf. Ab. Fritſchius Tr.* von dem sündlichen Kirchen-Schläffer. *Thomaſius Dp. de Jure circa ſomnum & ſomnia* vom Rechte des Schlaffs und der Träume. C. 5. §. 33. *Lipſ.* 1687. *Ad. Beier Dp. de Feriatione & profanatione Sabbathi* C. 3. *Jen.* 1663.

Digitis dormientem monstrare.

§. XII.

§. XII.

De delictis in digitos proprios sibimet ipsi digitos abscindendo.

Delinquunt vero homines non solum mediantibus digitis, prout ex antea enarratis apparet exemplis, (quibus jure meritoque annecti possunt illi ritus, qui in ligationibus magicis in Nestel knüpffen, adhiberi solent) sed injuriosi simul quoque in propria aliorumque existunt membra atque digitos. Subsistimus paululum circa eos, qui sibimet ipsis damnum inferunt, ac inprimis casum proponimus sequentem. Titius dum tormentis subjicitur, sibimet ipsi pollices abscindit, quid quæso judex hac in parte capiat consilii? Meo sane judicio, si praxi respondeamus, ad proximiores digitos tormenta veniunt extendenda, & habeat sibi, tantum quod sibi contraxerit damnum, quod eodem modo decidit *Stryk. de Jure sens. Diss.* 4. C. 5. *n.* 32. ubi refert, quod nonnulli ob evitandam torturam, linguam sibi, ne veritatem confiteri possent, amputaverint, conf. *Zwinger. Theatr. Vitæ hum. V.* 8. *L.* 5. *p.* 2162. De Romanorum in semet ipsos varia crudelitate multum quoque testantur historicorum monumenta. Illi enim, qui effœminato erant præditi animo, hostem dum timebant, haud raro in sua membra hostes existebant, hinc pollices sibi abscindebant, ad militiam quo redderentur inhabiles, *conf. Ad.* Beier de *Prudentia juris milit. L.* 2. *T. III. Th.* 2. §. 1. ac ejusmodi homines Murci appellantur, *Stryk de J. s. Diss.* 7. C. 4. *in f.* Hinc olim si homo enervatus & nullius vigoris erat demonstrandus, manus repræsentabatur expansis digitis, sed pollice destituta, *conf. Pufend. de Jur. Nat. & Gent. L.* 2. C. 4. §. 2. *Simon Dp. de Justitia hominum in sua membra* C. 8. §. 5. *Jen.* 1675. Ac idem pontificii referunt moralistæ de S. Marco, sibi quod violentia ratione absciderit pollicem, sacris ne initiaretur, adjiciunt simul vero multas rationes, inter quas & speciale divini Numinis mandatum, ejus factum quæ excusent. *v. Schreiter all. Dp. 2da de Vol. corp. sui mutil* §. 3. Ut ut vero sese res habet, de justitia si loquamur mutilationis voluntariæ, non possumus non ejusmodi actionem

nem

nem inhumanam crudelemque nominare. Eousque enim licentia mortalium in sua membra sese non extendit, ut circa ea eorumque læsionem pro lubitu disponere queant, cum nemo membrorum suorum sit dominus. *L.* 13. *pr. ff. ad L. Aquil. Frise. Dp. de vi ac potestate in corpus proprium C.* 4. *ejusd. Dp. de Licentia naturali C.* 3. §. 5. *Jen.* 1679. *Straus. Dp. utrum quis sibi ipsi manus inferre queat violentas* §. 2. *Vitb.* 1670. Membra etenim conservandi haud mutilandi gratia nobis data sunt, sæpeque ex unius membri corruptione toti periculum enasci potest corpori, damnumque ejusmodi jure meritoque appellatur irreparabile, hinc proverbium: Hände und Füsse wachsen nicht wieder, wie die Krebs-Scheeren, *conf. Joh. Ern. Schapperi Dp. sive specimen medicinæ curiosæ: quid tenendum de proverbio:* Hände und Füsse wachsen nicht wieder, wie die Krebs-Scheeren *Rost.* 1712. Prout vero nulla regula tam firma, quin admittat limitationem; ita quod circa mutilationem membrorum dispositum, per necessitatem infringitur, quare si digitus morbo sit infectus, latius sese ne diffundat malum, merito ad abscissionem progredimur. *Dunte Cas. Consc. Sect. II. Qu.* 34. *seqq. M. A. L. Wernher Dp. de Jure sibi ipsi nocendi* §. 11. *seqq. Lips.* 1706. *Stryk. Dp. de Jurisprudentia Pauli Apostoli C.* 2. §. 18. Quousque vero ad obtemperandum medico abscissionem suadenti ægrotus sit obstrictus docent *Zachias Qu. med. Legal. L.* 8. *tit.* 2. *qu.* 4. *Stryk Dp. de Iure hominis in se ipsum* C. 4. *n.* 9. *Fr.* 1683. *Schœpffer all. Dp. de Gem. concr.* C. 4. qui eam quæstionem applicat ad separationem gemellorum. Prout vero privatio membri ob morbum nonnunquam requiritur; ita pœnæ instar quoque nonnunquam habetur, quod latius infra docetur.

§. XIII.

Ordinis nunc postulat ratio, ut perpendamus delicta, quæ circa aliorum digitos versantur: antequam vero ulteriorem facimus progressum, disquiritur: An fœmina prægnans

De delictis in digitos alienos.

gnans delictum committat, pœnamque mereatur, si ex appetitu perverso, Pica dicto, da es ihr gelüstet, alicujus digitum mordicus abripuerit? Et quamquam multa argumenta inveniri possent, quæ fœminam pœnæ subjiciendam evincerent, attamen justior mihi videtur sententia, si probe consideratis circumstantiis, absolvatur. Omnium enim prope medicorum consensu iste affectus, tanquam morbus, consideratur, quicquid vero ex morbi æstu gravitateque procedit, meretur excusationem. Exempla hinc varia varii memoriæ prodiderunt Scriptores, ubi fœminæ partum gerentes carnem humanam incredibili appetierunt cupiditate. Sic aliqua pedes nudatos præeuntis viri dentibus apprehendit, alia morsum cervicis *in aliquo juvene* anxie appetiit, alia desiderio clunes *infantis commordendi* flagrans, ipsum in scalæ gradibus *offendens* denudatum, in natibus momordit, alia circa *annum* 1553. desiderio carne mariti vescendi capta, *eum* interfecit, latusque sinistrum dentibus avidissime *laniavit*, alia desiderio irretita *humeri* pistoris cujusdam denudati & panem ad furnum *deferentis*, omnem cibum præter carnem de pistoris *humero fastidio* profecuta est, pacto deinde pretio *per maritum*, duos dentium insultus a muliere pistor sustinuit, quibus peractis, tergeminos edidit liberos. *v. Maur. Hoffmanni* Dp. *de appeditu depravato, pica dicto* §. 16. *Altd.* 1662. *Bern. Albini Dp. de Appetitu ventriculi depravato in pica & malacia C.* 2. *p.* 7. *Jen.* 1698. Exinde concludit quoque *Zaunschlifferus* Dp. *de Jure graviditatis & gravidarum Th.* 6. quod quis rem a gravida tanto cum ardore desideratam vendere cogitur. Sed ad scopum propius ut accedamus, grave sese sistit circa aliorum digitos delictum, si quis circa cadaver embryonis adeo injuste sese gerat, ut digitos ejus abscindat, quod haud raro, teste *Ziegler Dp. all. de j. r. mort. C.* 4. *Th.* 45. ab improbis perpetratur hominibus, quorum pœna vel arbitraria, vel fustigatio, vel relegatio, imo nonnunquam ipsum ultimum supplicium. *Const. El. P.* 4. *C.*

34.

1. de pica.

2. Embryoni digitos abscindendo.

34. *Carpz. Pr. Crim. P.* 2. *Q.* 89. *n.* 53. Utuntur enim isti mortalium pessimi ejusmodi membris ad magicum sæpe usum, qui in Anzündung solcher ungebohrner Kinder-Finger consistit. Hinc memoriæ proditum, sagas maxime infantibus struere insidias nondum natis *Binsf. in L. multi C. de Malef. mathem. Qu.* 2. quorum membris vescantur, ne ad criminis confessionem queant adduci. *Carpz. P.* 1. *Qu.* 50. *in Resp. Bechmannus Dp. de Crimine maleficii* § *XI. Jen.* 1678. *conf. Struv. Synt. Jur. Civ. Ex.* 48. *Th.* 89. *ib. Mull. Philipp. all. Dp. de Jur. c. cad. hum.* §. 35. Quo etiam spectat perversus usus pollicis der Diebs-Daum dicti, de quo integrum conscripsit tractatum *M. Joh. Prætorius de Pollice* vom Diebs-Daum. *Lips.* 1677. *v. Ad. Beyer Dp. de Cadav. punit.* C. *III. n.* 5. *Jen.* 1662. Ut vero in nullis non rebus, ita & in istis digitis, qui vocantur Diebs-Däume, fraus non exulat. Eousque enim processit hominum ars, ut ex porco ad similitudinem veri pollicis nonnullos perficere queant, ut apparet ex *Resp. Fac. Med. Lips. Mens. Dec.* 1673. *ad A. l. W.* in casu, ubi inter alias res apud fures quinque reperta sunt ejusmodi membra. Wir haben desselben Schreiben samt denen fünf vermeinten Diebs-Daumen erhalten, und über die Frage: Ob angeregte fünf Daumen und Finger recht natürlich oder nur also zugerichtet und gemacht sind? collegialiter deliberiret, auch mit conferirung eines menschlichen Sceleti endlich so viel befunden, daß die fünf mitgeschickten Daumen von keiner Menschen-Hand sind, in Betrachtung, daß 1) die gedachten Daumen recht beschnötelt sind, wie *lit. A.* weiset. So pflegen 2) auch die ungues in suspensis überwärts und in die Länge zu wachsen, in denen überschickten aber sind sie dem ersten die Gelencke des Daumes gantz gleich, zu geschweigen, daß 3) mitkommende vielmehr eine ungulam proter crassitiem, als unguem in pollice humano præsentiren. Ferner 4) ist auch die articulatio diversa, weil in dem von uns zerbrochenen Daumen *lit. B.* der Sinus oder glene secundi ossis pollicis oben und unten zwiefach und tief

3. vom Diebs-Daume.

tief ist, in der Menschen Hand aber ist das andere des Daumens viel anders conformiret, wie *lit. C.* (welches wir deshalber mitschicken) noch deutlicher weiset. Und weil 5) annoch die Schweins-Börstgen unter dem vermeinten Nagel sub *lit. D.* anzutreffen; Als schliessen wir aus diesen angeführten Ursachen nicht unbillig, daß die fünf uns überschickten Daumen vielmehr gemacht, und ex ungula porcina also zugerichtet sind, als daß sie solten von einer Menschen-Hand genommen worden seyn.

§. XIV.

De pœna ob læsum digitum.

Præter supra allatos circa digitos injuriose procedendi modos innumeri adhuc recenseri possent casus, dummodo eorum collectionem temporis permitteret ratio. Interim silentio prætermittere non *possumus, si quis alterius* digitum læserit, quid tunc agendum? Casum luculentissimum hac in parte nobis ab oculos ponit §. C. pluraque apparent *ex Struv. Exerc.* 14. §. 26. *it. Mull. sub lit. V. Liberum corpus*, inquit, *in se propter dignitatem & præstantiam non recipit æstimationem, attamen ex accidenti propter vulnerum dolores, operationes impeditas &c.* Quod vel exinde apparet, cum membrum alterum *altero* pluris æstimetur. Ita mutilatio vel effossio oculi pluris æstimanda, quam abscissio digiti, uti 100. fl. pro effosso oculo adjudicati sunt reo, 50. vero pro abscisso pollice in manu dextra. Pro mutilato digito auriculari in manu dextra figuli 12. fl. Rhen. Mulieri cuidam ob mutilationem trium digitorum 50. fl. loco emendæ soluti, labefactatis itidem quinque dentibus, reus ad emendam sex sexagenarum novarum condemnatus est. Hinc responderunt Scabini Lipsienses: Seyd ihr von F. B. einen Pfarrer rechtlich belanget worden, als soltet ihr in einer Schencke, wie er gleich zur Stuben-Thür nein gehen wollen, ein Wein-Gläslein mit der Hand herfür an die Wand geworffen haben, davon im Rückprallen ihm ein Stücklein Glas ins rechte Auge gesprungen, dadurch er nicht allein grosse Schmertzen erlitten, son-

dern

dern auch dasselbige Auge verlohren, und es ist auf vorgehenden Beweiß in einem Urthel, so in seine Krafft ergangen, klagenden Pfarrer das Juramentum suppletorium zu erkant worden, da er nun solchen Eyd schwören würde, so wäret ihr ihme über das von ihm aufgewendete Artztlohn, auch andere Unkosten und Versäumniß sein Auge mit 100. fl. zu verbüssen schuldig. Carpz. *Prax. Crim. P. II. qu.* 99. *n.* 12. *Ittigii Dp. de judicum circa torturam excedentium emenda c.* 4. §. 4. *Lipſ.* 1683. *Struv. Jpr. Rom. Germ. L.* 3. *Tit.* 23. §. 20. Et ut LL. civiles multum ſapientiæ continent naturalis, ita quoad diſpoſitionem circa membrorum læſionem injuſtam, ſumma quoque procedunt juſtitia, quare *Ulpianus in L.* 23. §. 3. *ff. ad L. Aquil.* prudentiſſime loquitur. Idem Julianus ſcribit, *æſtimationem hominis occiſi ad id tempus referri, quod plurimi in eo anno fuit, & ideo & ſi pretioſo pictori pollex fuerit præciſus, & intra annum, quo præcideretur, fuerit occiſus, poſſe eum Aquiliæ agere, pretioque eo æſtimandum, quanti fuit prius, quam artem cum pollice amiſiſſet. v. Mart. Zach. Crameri Dp. de Artis excellentia* C. 7. §. 1. *Lipſ.* 1668. Et quemadmodum ipſa ratio naturalis pœnam ab ejusmodi poſtulat perſonis, quæ in alterius membra invaſerunt, eamque ratione ætatis, dignitatis, valetudinis, officii, propoſiti dimediendam inculcat; ita planior clariorque in Jure Saxonico norma reperiri poteſt, dum illud variis perſonis in *Art.* 45. *Lib.* 3. & ſingulis fere membris in *Art.* 16. §. 2. LandR. certam tribuit æſtimationem, nimirum pro oris, naſi, oculi, linguæ, auris, membri virilis, manus, pedis amputatione & mutilatione, item pro vulnere, quod unguis profunditatem & longitudinem longiſſimi articuli in medio manus digito habet, medietas Wergeldi h. e. 10. Rthl, pro digito, dente, pede 2. Rthl. Carpz. *Pr. Crim. Qu.* 99. *n.* 11. 75. *Col. de Proc execut. P. I. c.* 9. *n.* 46. *P. I. Dec.* 151, *&* 161. *Berl. Concl.* 61. quod hodie tamen judicis arbitrio ac diſpoſitioni relictum *Conſt. El. Sax.* 42. *P.* 4. Cum enim in æſtimatione damni, quod quis exem-

 pli

pli gratia ex litigii causa sentit, ad personæ excellentiam respectus habeatur. *Berl. P. I. Concl.* 78. *n.* 49. *Carpz. P.* 1. C. 31. *Def.* 13. *n.* 5. *Gail. L.* 2. *Obs.* 151. *n.* 19. *Muller all. Dp. de Personæ excellentia* C. 6. §. 6. æstimandis membris, damno affectis, merito quoque eo respiciendum, *P. Muller Dp. de pecunia doloris* vom Schmertz-Gelde. *C.* 3. *th.* 4. *Jen.* 1686.

CONSPECTVS
CAPITIS QVARTI,
DE
POENIS IN DIGITOS.

§. I.
De Pœnarum necessitate.

§. II.
De Tortura, ejusdemque requisitis.

§. III.
De justitia torturæ.

§. IV.
De Variis tormentorum generibus.

§. V.
Digiti quid in torturæ materia faciant.

§. VI.
Quid juris, si quis pollice careat.

§. VII.
De Officio judicis in tortura.

§. VIII.
De Excessu in tortura.

§. IX.
De Confessione torti.

§. X.
De Membrorum abscissione.

§. XI.
De Digitorum amputatione.

§. XII.
De Sententiæ digitorum abscissionem injungenti interpretatione.

§. XIII.
Contraria hujus pœnæ, ac finis dissertationis.

§. I.

Limites L. B. si permitterent nostræ dissertationis, in latissimum de pœnis deducti campum, singulas pœnas singuli cum digitis commissi delicti recensere possemus;

mus; verum cum a scopo aberraremus, digitos solummodo intuemur, quatenus in criminalibus subjecti induunt naturam. Quod itaque ipsam poenarum attinet necessitatem, non est, ut multis rationibus eam adstruamus, cum partim sana ratio, partim delictorum natura ac Reipubl. securitas & exinde resultans utilitas eas inculcent. *L.* 14. *π. de Pœn. L.* 70. §. *f. π. de fidejuss. L.* 27. §. 4. *π. de Pact. L.* 51. §. *f. ad L. Aquil.* Nec infringit nostram opinionem, si dicamus, quod Jus naturæ nullam certam definiat poenæ speciem, sufficit enim, eo doctore nobis quod constet, virtutibus deberi præmia, delictis vero pœnas: accedunt ergo leges humanæ certamque præscribunt puniendi normam, in quibus sanctionibus personarum qualitates, circumstantiæ, delictorumque indoles ac gravitas probe sunt ponderandæ. In aprico enim est, nonnullas personas omnem pœnarum respuere inflictionem, cum neminem, nisi summum legislatorem, agnoscant superiorem, *L.* 31. *π. de LL. L.* 10. *π. de Jurisdict. Struv. Ex.* 11. *Th.* 8. *Puf. de J. N. & G. L.* 7. *c.* 6. §. 2. *P. Muller. Disp. de Personæ excellentia c.* 2. §. 4. *seqq. Jen.* 1682. *Bechmann. Dp. de Potestate legis in principe Th.* 5. *seqq. Jen.* 1675. *Straus Dp. de Principe LL. soluto* §. 11. 12. *seqq. Vitb.* 1668. Aliis contrario patrocinantur ætas, *conf. Fomann. Dp. de Ætatibus earumque jure & privil. pos.* 112. *Jen.* 1628. adversa valetudo J. J. *Muhlpfort Dp. de morbo & cura ægrotorum c.* 5. *Carpzov. P.* 3. *Qu.* 144. *num.* 45. sexus. *Struv. Disp. de Lenitate judici in pœnis irrogandis observanda. Th.* 28. *seqq. Jen.* 1665. *Richter Dp. de Prosopolepsia circa infligendas pœnas Adj. V. Jen.* 1658. Alii deinde ob artis excellentiam beneque merita nonnullis in casibus a pœnis ordinariis immunes redduntur. *Cramer. Dp. de Artis excell. C.* 4. §. 2. *seq. Lipf.* 1668. *P. Muller Dp. de Bene merito C.* 6. *Jen.* 1680. Non sufficit vero in applicandis legibus pœnalibus inquisivisse in personarum qualitatem ac conditionem, sed, ut reliquæ quoque examinentur circumstantiæ, conscientia requirit judicis. Sedulo ergo ad animum delinquentis, an ex proæresi, nec ne, an ex igno-

De pœnarum necessitate.

Moderamen in infligendis pœnis.

1. Respectu personarum.

2. Respectu commissi delicti.

ignorantia, nimioque affectu delictum fuerit patratum, attendat; hæ enim rationes exceptionem nonnunquam a pœnis ordinariis causantur. *Gail. L. 2. Obs.* 110. *n.* 24. *Falckner Dp. de Circumstantiis Sect. II. & Sect. III. th.* 28. *seqq. Ien.* 1669. *ejusd. Disp. de Facti pœna Membr. II.* §. 6. *seqq. Ien.* 1666. *Ludovici Dp. An. & quatenus affectus humani in foro considerentur.* §. 13. *seqq. Hal.* 1706. Hic locum quoque meretur somnus. Finge enim aliquem somno captum aliquid contra LL. tenorem commisisse, merito ordinaria exspirat pœna. *Carpz. Pr. Cr. P. I. Qu.* 15. *n.* 33. Friese *Dp. de Delictis dormientium* §. 16. *Ien.* 1701. Omnibus vero his, quæ monuimus, consideratis ut simul quoque de veritate corporis delicti constet, requiritur. Sicut enim medici prima cura est, ut de vulneris certior fiat gravitate; ita judex æque in delicti inquirat magnitudinem, alias enim maximum omitteret requisitum, *conf.* Falckner Dp. *de Omissione Th.* 32. *C.* 5. *Ien.* 1675. *Ioh. Herm. a Sode* Disp. *de mensura pœnarum magnitudini respondente Erf.* 1693.

§. II.

Quodsi vero delictum tanta incertitudine *involutum* sit, judex ut personam quidem indiciis gravatam detineat, quæ tamen commune principium: *Si fecisti nega*, ad unguem observat, quid quæso tunc ei agendum, quæque media sunt adhibenda veritatem addiscendi? Quem vero fugit ad torturam deinceps procedi: operæ ergo pretium erit, paululum hic subsistere, eique immorari materiæ. Et hoc loco dici de judice potest: *Hic Rhodus, hic salta*; quantum enim ejus vis valeat judicandi, in ejusmodi causa cognosci potest. Nam in *Can. XI. Caus.* 30. *Qu.* 5. quam maxime judici inculcatur, ut omnibus modis sollicitus sit, quomodo eruat injustæ actionis veritatem justamque sumat pœnam. In tortura itaque, quæ vulgo inter media eruendi veritatem numeratur, multum prudentiæ, multum arbitrio judicis relictum est *L.* 10. §. 3. *ff. de Quæst.* Necessarium ea propter,

De Tortura.

Requisita, tor-

propter, ut torturæ gradus respiciat, indiciorum gravitatem ponderet, inprimis præter corpus delicti indiciorum naturam inspiciat, an sufficientia, nec ne, ac personarum qualitates rationis examinet scrutinio. *juxta L. 1. §. 1. L.* 10. §. 5. *L.* 18. §. 1. *π de Quæst. Nov.* 134. *C.* 13. *Const. Crim. Art.* 20. *Menoch. de Arbitr. Judic. L.* 2. *Cent.* 3. *Cas.* 270. *n.* 24. *seqq. Struv. Ex.* 49. *Th.* 98. *Carpz. Pr. Crim. P.* 2. *Qu.* 81. *n.* 3. *Tabr. Dp. de Tortura & indiciis delictorum p.* 105. *seqq. Giess.* Quæritur ergo, an gemelli concreti tortura affici queant? ac respondetur a *Schæpffero in Dp. de Gemell. concret. C.* 4. *§.* 22. affirmando. Si alteri innocenti nullum immineat periculum. *Sic*, inquit, *in casu gemellorum Rostochii & Lipsiæ visorum nullus dubito, quin pollices imo pedes eorum comprimi queant, quia ex tali compressione non facile alteri imminebit periculum.* Optimo quoque jure his in pagellis quæstio locum sibi vindicat: An error naturæ in formandis digitis indicium faciat ad torturam, weil ihn die Natur gleichsam selbst gezeichnet. A paritate rationum argumentum pro sententia affirmativa desumi posset ex *L.* 31. *§.* 21. *π de Ædil. Edict.* ex qua *Willenberg Dp. de Innocentia per torturam purgata C.* 1. §. 15. *Ged.* 1701. concludit, quod natio vitiorum nominari queat indicium, cum una gens callidior, altera furtis, rapinis, veneri, veneficiis, sortilegiis perfidiæ magis sit dedita. Hinc contra judæos crimen blasphemiæ ac usurariæ pravitatis præsumitur. *Crus. de Indic. P. I. C.* 23. *Cothmann. Vol.* 2. *Rp.* 29. *n.* 4118. *seqq. Rahne Dp. de Quæstionibus* §. 31. *Rost.* 1652. Æque nos in affirmantium castra trahere posset multorum DD. opinio, ac si mala physiognomia in criminalibus attendatur, semperque deformior magis quoque suspectus habeatur. *Stryk. Dp. de Physiognomia C.* 3. *n.* 4. *Fr.* 1685. Verum cum nimis hoc leve sit, si ita dicendum esset, indicium, merito negative respondemus. *L. fin. π. & L.* 8. *C. de Quæst.* Aliter sese res habet, digiti si morbo laborent, sique quæratur, an excusationem validam contra cruciatus torturæ sustinendos præbeant?

turam quæ præcedant.

An forcipibus gemellorum pollices recte efficiantur.

An perversa digitorum structura indicium sit ad torturam.

beant? Nam in eo casu non possumus non pro affirmativa stare parte. Finge itaque eum, qui torturæ subjiciatur, chiragræ sentire dolores, merito torturæ cessat applicatio. *conf. Ettmuller* Dp. *de Torment. & pæn. sustin* *Th. XI. Lips.* 1711. *Chiragra*, inquit, *a pollicum strictura absolvit*, *propter doloris enim acerbitatem miasma arthriticum ad patientes particulas ab antecedentibus paroxysmis jam dudum debilitatas cum impetu affluit, tumorem excitat & inflammationem*, *quæ facile gangrænosam naturam induit.* In genere vero si de morbis sermo, sique patrocinium præstent, inquirendum, verine an ficti sint? Quare in simili prope casu judicavit *Fac. Med Lips. Mens. Sept.* 1698. *ad petit.* D. J. F. K. Wiewohl die starcken Concussiones und Erschütterung des Leibes und dessen Glieder, Einschlagung der Daumen, *Knirschen* der Zähne, und Jescht oder spuma vor dem Munde bey denen warhaftigen Epilepticis, als *gewöhnliche* Symptomata, angemercket werden, dennoch *auch* solche nicht schlechterdings und zu aller Zeit pro signis epilepsiæ adæquatis zu halten, sondern dergleichen von boßhaftigen Leuten wohl pro lubitu fingiret, *und* hiedurch modus convulsivi erwecket werden *können als* *x.* *Scab. hinc Lips. mens. Jan.* 1703. J. G. B *betreffend*, sententiam tulerunt. Im Fall aber bey der Execution dieses Urthels Inquisito die schwere Noth anwandelte, ist so fort darmit inne zu halten. V. R. W.

Morbus manus digitosque afficiens excusat a tortura.

§. III.

Quid opus vero est, ut tantis ambagibus requisita torturæ examinemus, cum lis adhuc sub judice sit, num ista inter res legitimas, justas & tolerandas sit referenda. Multi enim multis instructi reperiuntur rationibus, qui istum modum eruendi veritatem angue pejus ac cane fugiendum docent, inter quos *Jac. Schaller* Dp. *de Tortura in Christiana Republ. non exercenda. Jen.* 1688. *Thomasius Dp. de Tortura e foris Christianorum proscribenda. C.* 2. *&* 3. *Hal.* 1705. Alii e contrario ejus justitiam proclamant ac defendunt, inter

De incertitudine quoad justitiam torturæ.

ter quos *Wernerus all.* Dp. *de Quæst. & Tort.* § 8. *seqq. Dan. Büttner Dp. de tort. & torment. C.* 1. *n.* 10. *seqq. Erf.* 1671. Ad nos quod attinet, cum negantium argumenta prope videantur graviora, affirmantium vero praxi accommodatiora, neutras adhuc sequimur partes, sed ulteriori rem relinquimus meditationi. Quicquid igitur dicemus, eum saltem dictum sit in finem, ut demonstremus, nostris quid moris sit temporibus.

§. IV.

Ad modos nunc torquendi propius accedimus, ibique, quid sibi velint digiti, ob oculos ponimus. Et quis vellet omnia omnium gentium enarrare tormentorum genera? cum recensente *Græv. de Tort. L.* I. *C.* 4. major sit ac membrorum numerus. Nonnulla exempla saltem adjicimus, quæ collegerunt inter alios *Strauch. Dp. de Tortur.* §. 27. *Vitb.* 1652. *Werner* Dp. *de Quæst. & tort.* §. 31. *Helmst.* 1667. ac inprimis *Damhoud. Pr. Crim. C.* 37. memoriæ reliquit. *In Italia,* ut iste refert, *inquisitus ponitur supra scamnum ad sedendum, ibique adsunt duo, qui eum custodiunt, ut nec de die, nec de nocte dormiat, ac tam diu detinetur, donec fatetur. In Belgia* pergit *C.* 37. *gravatus scamno illigatur, pedes illius aqua salsa perfricantur, deinde capra salis avidissima ad lambendas pedum plantas admovetur.* Deinde *Cap.* eodem *aliam torquendi methodum docet. Reus inter duas laminas arcte ad formam cistulæ angustæ formatæ concludebatur, ac deinde maximi pedum digiti fune constricti per axem, cui alligatus sit funiculus, ille vi quadam extrahebatur lentula, quo modo arcte compressum rei corpus altius intumescere & intolerabili dolore affici solet, qui tamen laxato fune confestim desinit.* Alius denique casus, ubi inprimis pedum digitis funes anneсtuntur, exscriptus *all. loc. C.* 37. *n.* 20. Huc & spectat das so genante Mecklenburgische Instrument, welches folgender massen appliciret worden, teste *Ludovico* in seiner Einleitung zum peinlichen Proceß *C.* 9. *§.* 32. *& in Addendis p.* 146. ubi

Varii modi torturæ.

& figura ejusdem repræsentatur. Der Inquisit muß sich im Gefängniß auf die Erde niedersetzen, Schuhe und Strümpfe ablegen und beyde grosse Zehen, wie auch beyde Daumen durch gewisse Löcher stecken, darauf wird die Schraube zugeschraubet so weit, daß die Daumen und Zehen aus den Löchern nicht zurück gezogen werden können, alsdann wird der Vorwurf durch der Schrauben Fliegel gestecket und ein Schloß davor gehangen damit die Schraube nicht eher wieder aufgeschraubet werden könne, als biß man es nöthig befindet. ꝛc.

§. V.

Digitorum usus in torturis.

Missis aliarum regionum circa torturam ritibus, penes Saxones quid observetur, sub incudem *vocamus*. Ibique digiti sese sistunt cum in *torturæ quasi præludiis*, cum in ipsius ulterioris torturæ *actu*. Consistunt enim præludia in eo, si judex de *crimine* suspecto per tormenta leviorem saltem ad eruendam veritatem inferre curat dolorem, ac injunguntur sequentem in modum: So erscheinet hieraus so viel, daß ihr wohl befugt, den Gefangenen dem Scharfrichter auf die Masse zu übergeben, daß er ihn mag ausziehen, entblössen, zur Leiter führen, die zur Peinlichkeit gehörige *Instrumenta* vorzeigen, auch da es nöthig, die Daumstöcke anlegen und damit zu schrauben ꝛc. Torturæ variæ deinceps quoque sunt classes, inprimis vero in tres abit gradus, gradumque vocant primum das Schnüren, quando inquisiti *manus* retro arctissime constringuntur, & forcipes *digitorum* fortiter comprimuntur. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 117. *n.* 59. *seqq. Brunn. Pr. Inqu.* C. 8. *Memb.* 5. *n.* 43. Secundus gradus die ziemlich scharffe Frage, comprehendit ea instrumenta, quibus pedes arcte comprimuntur, wenn ihm die spanischen Stiefeln angezogen, und Inquisit auf die Leiter gezogen wird. *Carpz. all. loc. n.* 63. Tertium denique torquendi gradum, die scharffe Frage, qui rarissime adhibetur, nominant, si extremæ digitorum partes, immissis infra ungues pineis cuneolis, iisque postmodum accensis, adustione lædantur. *Zang.*

De Gradibus torturæ.

Tr. de

Tr. de quæst. & tort. C. 4. *n.* 10. Wenn Inquisiten brennende Schwefel-Höltzergen unter die Nägel gestecket werden. *Carpz. all. loc. n.* 63. *Magnif. Mencke. ad H. T. de Quæst. p.* 684. Ex antea dictis itaque ea clarissime apparet differentia, quæ inter præludia torturæ, ipsamque intercedit torturam. Si enim forcipes paululum saltem constringuntur, actus iste ad præludia tantummodo spectat, si vero tam arcte comprimuntur, daß die Nägel mit Blute unterlauffen, und braun und blau werden, tortura ipsa cepit initium. *Brunn. Pr. Inqu.* C. 8. *m.* 5. *n.* 43. *conf. Joh. Joach. Schœpffer* Dp. *de Præludiis torturæ* C. 1. *n.* 32. *seqq. Rost.* 1707. *Ad. Beier Disp. de Quæstion. Th.* 16. *n.* 76. *Jen.* 1666.

§. VI.

Digitorum, pollicisque inprimis, quantum vidimus, cum varius sit in eruenda per torturam veritate, usus, non abs re erit inquirere, quid juris, si reus in una vel altera manu careat pollice, vel in ambabus pollices vel natura vel sua culpa, (cujusmodi exempla in præcedenti capite supeditavimus,) deficiant. Et hac in parte forcipes ad proximiores manus, vel ad maximos pedum digitos esse applicandos, nobis persuademus. *Wildvogel Dp. de Arbitrio judicis circa torturam C.* 3. *§.* 6. *Jen.* clariusque id probamus ex *Resp. Fac. Jur. Lips. M. Febr.* 1715. Seynd Mevio wegen eines Verbrechens die Daumenstöcke zuerkant, es findet sich aber, daß an der rechten Hand er keinen Daumen hat, und an der lincken selbiger an den darbeystehenden Finger angewachsen, als wollet ihr wissen, wie die territio realis an ihm zu vollstrecken, Ob nun wohl, daß der modus eruendi veritatem durch die Daumenstöcke nicht statt habe, scheinnn möchte, indem derselbe wegen ermangelnder Daumen nicht exquiret werden kan, Judex enim novum genus torturæ addere, vel loco vsitati aliud minus vsitatum, nec in

Quid faciendum si reus pollices non habeat.

in loco receptum, ſubſtituere non poteſt. *Conciol. verb. tortura reſ. crim.* 16. *n.* 6. *Jul. Clar. lib.* 5. *§. ult. qu.* 64. *n.* 36. *Carpz. P.* 3. *qu.* 117. *n.* 38. *ſeq. Boſſ. in Pract. tit. de tortura n.* 40. Demnach, daß es entweder bey der territione verbali zu laſſen, oder mit dem Reinigungs-Eyde zu belegen ſey, immaſſen es auch bey ſolchen Perſonen, welche wegen Schwachheit ihrer Leibes-Conſtitution die Marter nicht ausſtehen können, beobachtet wird, *arg. l.* 1. *§.* 33. *ff. ad SCtum Silan. Anton. Conciol. in reſol. crim. verb. tortura reſ.* 1. *n.* 19. *Carpz. in Pr. Crim. qu.* 118. *n.* 40. *ſeq. Brunnem. ad l.* 7. *ff. de quæſt. vid. Bojard. ad Jul. Clar. qu.* 64. *n.* 72. alſo dem Anſehen nach die territio realis in dieſem Fall ceſſire. Dennoch aber und dieweil die Daumſtöcke zu dem Ende eingeführet, damit per cruciatus corporis die Wahrheit an Tag gebracht werden könne. *l.* 1. *pr. l.* 9. *ff. de quæſt. l.* 12. & 13. *C. eod. Tabor. de Tortura §.* 6. *ſequ.* und der Daumen vor andern Fingern darzu genommen wird, da derſelbe am ſtärckſten, und die meiſte Krafft darinnen zu befinden, hingegen, daferne ſolcher ermangelt, nach befundenen Umſtänden die cruciatus corporis an einem andern Finger auszuüben ſeynd, Judicis enim arbitrio ac diſcretioni committitur, quanta tormenta ad eruendam veritatem ſint adhibenda, *Art.* 56. Conſtit. *Crim. Tabor. de tortura §.* 29. *c.* 5. *conf. Oſaſc. Dec.* 79. *Burſat. Conſ.* 201. Et quo ad finem Judex pervenire queat, aliud membrum adæquatum ſubſtitui poteſt. *Wildvogel in Diſp. de arbitr. jud. circa torturam c.* 3. *§.* 6. Recta enim dicitur actio, quæ in adæquatum ſibi finem protenditur, *Tabor in Tract. de Coll. Jur. Rom. & Hungar. Sect.* 1. *lit.* B. und es territio realis genennet wird, in qua adhibentur forcipes digitorum, *Bechmann. ad tit. ff. de quæſt. obſ. pract.* 2. alſo nicht præciſe der Daumen erfordert wird, ſondern das Wort Daumenſtöcke nur ab eo, quod ut plurimum fieri ſolet, ſeine Benennung erhalten, auch ſonſt Leibes-Strafen, damit der Endzweck obtiniret wird, wenn ſolche Glieder des Leibes ermangeln, an einem andern zu vollziehen, *Auth. ſed novo*

jure

jure. C. *de Serv. fugit. lit. C. Bechm. T.* 2. *P.* 2. *exoteric. exerc. II. ad lib.* 18. *tit. de pœnis. n.* 79. *&* 80. Hinc reus, uno licet brachio impeditus, nihilominus in altero torqueri poteſt *Guazz. ad Defenſ. reor. def.* 30. *cap.* 20. und der Scharffrichter in ſolchem Fall es dergeſtalt einzurichten, damit dem Inquiſiten kein Schade an ſeinen Gliedmaſſen geſchehe; So mag an Mevio, wenn er keine Daumen hat, die territio realis wohl an einem andern Finger vollſtrecket werden.

§. VII.

Judicis cum poſtulet officii ratio, ut præter alias virtutes humanitati ſit deditiſſimus, affectibusque ſuis omni qua fieri poteſt ratione, fræna injiciat, *conf. Ziegler Dp. de Affectu magiſtratus.* §. 10. *ſeqq. Viteb.* 1679. *Willenberg. Dp. de Paſſionibus animi in judice C.* 5. §. 9. *ſeq. Fr.* 1697. non poſſumus in tortura adjudicanda, quin eam ei commendemus virtutem. Ita tamen, caveat, ne ei ſit nociva *Stryk. Dp. de civilitate nociva C.* 7. §. 7. Inter alia vero, exercitio hujus virtutis quæ obſtaculo ſunt, refertur quoque imperitia. Sæpe enim judices, ac ſi LL. tenorem ad unguem obſervarent, ſibi perſuadent, cum tamen ſenſum earum vix ac ne vix quidem percipiant. *Oldenkopp. Obſ. Crim. Tit. I. Obſerv.* 33. *Hen. Pott.* D*p. de Judice imper.* C. 3. §. 12. *Jen.* 1688. Utut vero judex limites juſtitiæ transgreditur, qui ſine legitimis indiciis, nullo habito circumſtantiarum, perſonarumque reſpectu, ad torturam procedit; ita multo magis erit reprehendendus, ſi nimiis cruciatibus reos ſubjiciendos curet, periculoſumque adeo ac tragicum innocentiæ reddat eventum. Tortura etenim *juxta L.* 7. *ff. de Quæſt. Ord. Crim. Art.* 59. ita decernenda, ut tortus ſalvus maneat innocentiæ & ſupplicio, ac judex nunquam non in partem inclinet mitiorem *L.* 5. *&* 11. *ff. de Pœn. L. un C. de Caduc. toll. Gomez* T. 3. *Var. Reſol.* C. 13. *n.* 5. *Bodinus* Dp. *de Benignitate in judic.*

De Judicis officio ratione torturæ.

judic. adhib. Th.16. *seqq. Hal.* 1711. Si itaque aliter sese gerat, cui judicis demandata est sparta, insueta crudeliaque inveniendo, simulque adhibendo tormentorum genera, carnificis potius quam judicis agit partes. Nihil enim atocius est, & ab omni jure magis abhorrens, quam sub veritatis eruendæ prætextu horrendis modis corpus hominis dilaniare, & ad ea, quæ nunquam patravit, nunquam dixit, nunquam cogitavit, confitenda aliquem adigere. *Willenberg.* Dp. *de innocent. per tort. purg.* C.2. §. 19.

§. VIII.

De Excessibus torturæ a Judice vel Carnifice commissis.

Accidit hinc, ut tanti observentur circa modum torquendi excessus. Militat quidem pro Judice præsumtio justitiæ, verum experientia ejus *fragilitatem haud raro demonstrat. conf. Stryk. Dp. de Præsumt. pro magistr.* C. 3. *Hal.* 1698. hinc extant exempla, ubi ob torturæ gravitatem mors secuta est, de quibus legi queunt *Bræckelmanni Dp. de Innocent. in caus. crim. Membr.* 4. §. 4. *Mayeri Dp. de Quæst. Pos.* 10. *Buttneri Dp. de Tort. & Torm.* C. 4. *n.* 8. *Ziegler Dp. de Tort. seu Quæst.* c. 4. §. 4. Inprimis *Responsum Scab. Lips.* ubi aliqua persona cognomine Gertraut Käfferin tormentis dum subesset, animam efflavit, ubique deinceps quæstio simul proposita, quis sepulturæ ferat impensas, quoque adducit *Ad. Beier de Expensis execut. criminal.* vom Hencker-Gelde *c.* 12. §. 4. Æque vero ut vitæ quis sentire potest ex tortura jacturam; ita multo facilius membri læsio exinde provenit, (quam innocens, docente *Strykio, Disp. de Facto judicis de facto* C. 7. *n.* 194. *Fr.* 1679. morte alterius avertere potest.) Liceat itaque considerare misero reo, præter modum tormentis affecto, quid remedii capiendum. Et hac in parte culpa vel in judicem vel carnificem redundat, priori in casu, emendam judici esse exsolvendam, wegen des ihm an seinem Leibe und Gesundheit zugefügten Schadens und Verwahrlosung, latius deducit *Ittig. Dp. de Emenda judicis circa torturam exced.* C. 4. & 5. *Lips.*

5. *Lipſ.* 1683. Quando vero carnifex iſtius damni aut mutilationis autor eſt, ac contra ſententiæ tenorem, quem ſciat *L.* 10. §. 3. *ff. de Quæſt. Ord.* Crim. Art. 58. *v. And Mylius* Dp. *de* C*a*nifice C. 5. *n.* 3. *Lipſ.* 1682. peccat, arbitraria pœna non poteſt non in eum ſtatui *v.* Carpz. *Qu.* 137. *n.* 67. prout clarius apparet ex *Reſponſo Fac. Jur. Lipſ. ad* Conſult. *J. F. M.* Febr. 1715.

Hat Mephiſtophilus ein Scharfrichter eine Weibes-Perſon dergeſtalt gemartert, daß er bey Anlegung der Daumenſtöcke derſelben den Daumen zerquetſchet, als wollet ihr, wie wider ihn zu verfahren, des Rechten berichtet ſeyn. Ob nun wohl der Scharfrichter in re licita verſiret, folglich den eventum zu præſtiren nicht verbunden, cum & Judici necquicquam imputetur, ſi adhibito moderamine & temperamento torturam peregerit, & tortus moriatur, *Quazzinus P. I. defenſ.* 30. *c.* 42. *n.* 2. *fol.* 128. *Glaſſen. ad art.* 61. *Conſt. Crim.* Qui enim omnino habet animum non delinquendi, non tenetur de omni eventu, quia is contra ejus voluntatem contigit, et iſto caſu non veritas actus, ſed agentis intentio inſpicitur. *l.* 5. §. 3. *ff. ad L. Aquil. arg. L.* 6. C. *ad L. Jul. de vi publ.* Tiraquell. *de revoc. donat. verb. revertatur, n.* 383. Nec artifici poteſt quicquam imputari, *l.* 6. §. 7. *ff. de offic. Præſ.* Colleg. *Jurid. Argent. tit. de Neg. geſt. fol.* 40. alſo daß er dem Anſehen nach den Ausgang derſelben zu præſtiren nicht verbunden. Dennoch aber und dieweil der Scharfrichter die Wiſſenſchaft, die tortur zu verrichten, profitirt, ihm auch nach der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung von dem Richter angedeutet wird, damit ſo behutſam zu verfahren, daß demjenigen, ſo mit der Marter zu belegen, kein Schade an denen Gliedern zugefüget werde, quæſtio enim ita habenda, quo tortus tam quoad membra externa, quam quoad interna ſalvus ſit. *l.* 7. *ff. de quæſt.* alſo wenn er aus Unverſtand oder Vermeſſenheit dabey excediret, es vor ein ſolch factum illicitum zu halten, ſo von dem Judice zu ahnden iſt. *Bajard. ad Jul.* Clar. *qu.* 64. *n.* 109. *vid. Spormacher in juſtit. vuln. c.* 6. *n.* 1. *ſeq.* *Cruſius de indiciis* P. 4. *c.* 38. *n.* 20. *ſeq.* Carpz. *Pr. Cr. qu.* 124. *n.* 20.

K

*n.*20. In qualibet enim arte imperitia culpæ annumeranda. *l.* 8. §. 1. *ff. ad L. Aquil. Barbos. Locupl. Lib.* 9. *c.* 16. *ax.* 1. *v. Speckh. Cent.* 1. *qu.* 24. *Menoch. L.* 1. *A. J. Q. cas.* 531. in pœnis arbitrariis aber so wohl auf das Verbrechen selbst, als we[illegible] es gerühret, ob es durch eine Verwahrlosung, oder mit Fleiß geschehen, auch was vor ein Schaden daraus entstanden, das Absehen zu richten: So ist Mephistophilus zuförderst darüber zu vernehmen, er mit seiner Nothdurft dabey zu hören, das factum an und vor sich selbst genau zu untersuchen, und mag er so dann mit Gefängniß oder anderer willkührlichen Strafe wohl beleget werden.

§. IX.

De Confessione torti.

Si itaque, tormenta dum adhibentur, reus desideratam confessionem perpetrati delicti suppeditaverit, quæ vocatur die Uhrgicht, *conf.* D*ondorffii Dp. de Confess. torment. extorta.* C. 1. §. 13. *Lips.* 1693. omniaque requisita condemnationis in pœnam adsint, necesse est, ut delinquens delicti sentiat fructus. Et utinam, quoties de pœnis infligendis agitur, judices omnia bene ponderarent, normamque sibi præscriptam, prout fas est ac decet, observarent, simul quoque, dum *sententia* justo tempore concinnata, ejus executionem *accelerarent.* Multi enim judices protractione executionis plus *reum macerant*, quam si ad eam, justitiæ quam postulant limites, procederent pœnam. *conf. Szulecki* Dp. *de Necess. tardit. & celerit. in exequend.* C. 2. Fr. 1700. Sunt quidem causæ, quæ dilationem expostulant, quas collegit *Romanus* Dp. *de eo, quod differt executionem* C. 4. *Lps.* 1674. his vero deficientibus, celeritas maxime est necessaria, *conf. Joh.* Amsel Dp. *de eo quod extremum judicialem actum seu executionem sistit & differt* §. 34. *seqq. Regiom.* 1696. Pœnarum vero varia est divisio, quam in præsens tamen sicco transgredimur pede, circa eum saltem, qui olim ac hodiernis moribus usu est receptus, modum, quique in abscissione membrorum consistit, versantes. Agemus itaque partim de membrorum abscissione in genere, partim de abscissione digitorum in specie, partim de hodierno in foro istius pœnæ usu.

§. X.

Ad membrorum mutilationem, pœnam quæ continet, quod ſpectat in genere, omnia fere membra ejusmodi fata ſubire, neceſſe olim habuerunt. Sic inprimis militibus familiare pœnæ genus eſt, ut fidem ſi fefellerint, ac transfugerint ad hoſtilia caſtra, naſus, aures vel manus amputentur. *Fritſch.* Tr. *de* T*ransf. milit.* C. 10. *th.* 1. *Schœpffer* Dp. *de milite deſertore* C. 2. *n.* 1. C. 3. *n.* 15. *ſeqq. Roſt.* 1698. *conf. H.* C. Schröter Dp. *de Auditoribus* von *Auditeurn* oder Regiments-Schultheiſſen *Sect.* 9. *membr.* 6. *Altd.* 1700. qui multa deſumſit *ex Schwendendœrffer*i Dp. *de officio Auditoris* C. 4. *n.* 5. *Lpſ.* 1690. Labiorum ac linguæ reſectio blaſphemiæ olim nominabatur pœna, ac in Gallia, *juxta* Tom. 4. *Ord. Gall. Berl.* C*oncl.* 1. P. 4. *n.* 52. Hiſpania teſte C*ovarr. in* C. 2. P. 1. §. 7. *n.* 22. *pr.* ut & in Saxonia dictitata eſt. P. 4. C. 1. *Edict.* T*orgau.* 1583. *Ord.* P*roc.* 1612. T*it.* 2. quæ tamen, docente C*arpz. Qu.* 45. *n.* 21. in fuſtigationem cum perpetua relegatione mutata. Oculorum privatio aut occæcatio a pœnarum conſortio quoque non eſt excludenda; ut enim taceamus, multa ſacro in Codice extare ejus pœnæ monumenta, ſaltem ex *Val. Max. L.* 5. C. 6. adducimus Græcorum conſuetudinem, illi enim iſtud pœnarum genus adultero infligebant, oculus cum ſit primum inſtrumentum delicti, circumſpiciendo ſcilicet alienas uxores commiſſi. Quando pedem figimus ad Jus Civil. ibi *L. II in f. ff. ad L. Jul. pecul.* ejusdem pœnæ mentionem facit, & Germani quoque ab ea non abhorruerunt, nam *Wiſigothorum Leges* patri vel matri, abortum qui procuraſſent, oculorum effoſſionem injunxerunt, cum quibus aliqua ex parte convenit. *O. Crim. Art.* 159. von erſten gefährlichen Diebſtählen. Quod denique attinet manus amputationem, quæ variis in delictis locum habet, item teſticulorum ſectionem, quæ mœchis penes Ægyptios, ſtupratoribusque puerorum, raptoribus fœminarum, iisque, rem cum brutis qui habuerant, injungebatur, quidve deinceps de pedum amputatione notatu dignum, quæ in *L.* 3. C. *de ſerv. fugit. & auth. ſed novo* exprimitur,

De pœna, quæ in abſciſſione membrorum conſiſtit.

mitur, colligi poteſt ex *Linckeri Dp. de Amput. membror. in his qui delinquunt* §. 17. 19. *Jen.* 1681. *Jac. Dœpferi Theatro pœnarum.*

§. XI.

De Abſciſſione pœnali digitorum.

Nos miſſa tractatione, quæ agit de eo, quod in genere de membrorum privatione tenendum, propius rem ipſam intuemur, ad reum, digitorum cui ſententia amputationem dictavit, conſideramus. Antequam vero cauſas, quæ eam pœnam corporis affli̇ctivam operantur, legesque, quæ eam expoſtulant, examinamus, id ſaltem pauciſſimis monemus, merito illam puniendi methodum inter antiquiſſimas referri, cum ipſa Scriptura Sacra exempla ſuppeditet. Hinc C. 1. *v.* 7. *Jud.* legimus: Da ſprach Adoni Beſeck: Siebenzig Könige mit verhauenen Daumen ihrer Hände und *Füſſe laſen auf unter meinem* Tiſch ꝛc. Et apud Indos *quoque* perjurii convictus manuum pedumque amittebat, digitos. Sed cauſarum ſi inſtituamus inquiſitionem, quæ pœnam poſt ſe ex legum ſanctionibus trahunt, digitorum comprehendentem a corpore *ſeparationem*, inprimis jurisjurandi erit nominanda *violatio*. Nam quando oculos ad *Conſt. Crim. Carol. V. Art.* 107. & 108. convertimus, verba ejusmodi ſeſe ſiſtunt: Welcher vor Richter oder Gericht einen gelehrten Meineyd ſchweret, ſo derſelbige Eyd zeitlich Guth antrifft, das in des, ſo fälſchlich geſchworen, Nutz kommen, der iſt zuforderſt ſchuldig, wo er vermag, ſolch fälſchlich abgeſchworen Guth den verletzten wieder zukehren, ſoll auch darzu verleumbd und aller Ehren entſetzet ſeyn, und nachdem im H. Reich ein allgemeiner Gebrauch iſt, ſolchen Falſchſchwerern die zween Finger, damit ſie geſchworen haben, abzuhauen, dieſelbe gemeine gewöhnliche Leibes-Strafe wollen wir auch nicht ändern: wo aber einer durch ſeinen falſchen Eyd iemand zu peinlicher Strafe ſchwere, derſelbe ſoll mit der pœn, die er fälſchlich auf einen andern ſchweret, geſtrafet werden, wer ſolch falſch Schweren mit Wiſſen fürſetzlich und argliſtiglich darzu anrichtet, der leidet gleiche pœn. Cum iſta vero *Conſt. Carolina* convenit quoque *Conſt. El.* 48. *pr.* P. 4. & *Ord.* Pol.

de

de ann. 1612. *p.* 9. Quamvis vero videretur per istam normam omnis dubitandi ac hæsitandi ademta occasio, ipsius pœnæ tamen natura aliquibus obnoxia est difficultatibus, interpretatioque sanctionis non omnibus eadem est. Quæritur ergo, an perjurii pœna spectet ad forum humanum? Et recte sane *Wildvogel in* Dp. *de Deo commissis*, was GOtt befohlen wird. §. 21. *Jen.* 1712. putat, quod eju. delicti vindex sit Deus, ejusque justitiæ esse relinquendum, si falsum quid dictum juratumque, dummodo de dirissimo hoc crimine per signum aut indicium nihil constet, alias enim certam pœnam ex arbitrio prudentis judicis recte dictari posse. *Carpz. P.* 1. *Qu.* 46. *n.* 40. *seqq.* Nec obstat, quod exempla adsint, ubi ob perjurium innocens quis pœna humana affectus, miraculosum in modum restitutus sit. Qualem refert casum Bröckelmann Dp. *de Innocentia in caus. criminal. membr. III.* §. 4. de rustico, cui coram camera an. 1617. digiti priores manus dextræ abscissi, paucis dierum intervallis succreverunt. Ab iis enim rebus, quæ extraordinarie fiunt, recte ad ordinarias non argumentamur. Nec quicquam magis sanæ conveniens est rationi, quam etiam perjuros non impunitos relinquere, cum non solum crimen læsæ majestatis divinæ, verum & delictum in Reipubl. salutem perpetretur. Fides enim fortissimum vinculum injusto modo contra æquitatem ac conscientiam læditur & rumpitur. Nam cum juramentorum usus ob hominum invaluerit malitiam, jus fasque est, prospicere, ne illa, contemta certissima Dei vindicta: nimis altas agat radices, ac prorsus existat invincibilis. Cum itaque appareat, perjurii reos optimo jure persentire pœnam humanam, inprimis ordo postulat, ut videamus, omnia perjuria num digitorum puniantur amputatione. Et accurate textuum si inspicimus verba, isti locus saltem est pœnæ duplici in casu, partim, si quis in judicio, juramento a jud ce delato, conceptis verbis, pecuniæ vel lucri gratia, ut in suum cedat commodum, pejerat, partim, si quis urphedam vel cautionem

nem juratam de non redeundo aut non ulciſcendo carceris injuriam ruperit ac fregerit, hinc *Art.* 108. *Ord. Crim.* ita ſonat. So aber einer eine Urphede mit Sachen, darum er das Leben nicht verwürcket hat, fürſetzlich und freventlich verbreche, der ſoll als ein Meineydiger mit Abhauung der Hand oder Finger, wie in nechſt abgemelten Articul berühret, geſtraft werden. Diximus autem ſupra, quod *Conſt. El. Sax.* 48. *P.* 4. æque ac Ordinatio Carolina ad digitorum reſpiciat abſciſſionem, quod maxime intelligendum de urphedæ violatione, dicitur enim ac ſancitur ibi ab Electore, die ſo auf einen geſchwornen Eyd verweiſet, und doch wiſſentlich wiederkommen, ſollen mit Abhauung der zweyen Förder-Finger, damit ſie geſchworen, anderweit verweiſet werden. Quicquid vero hucusque de perjurii prolatum *eſt pœna, in allegatis caſibus* quidem obtinet, ſed, ut *eo quoque* reſpiciamus, num juramenti partes eſſentiales ſint obſervatæ, neceſſe erit. Quæritur hinc, an urphedam violaverit, pœnaque ſuperius dicta dignus ſit, qui pro clauſula, *ita me Deus adjuvet*, dixit, *Deus me adjuvet*, ac negando reſpondit *Schræter Dp. de Perjurio* §. 7. cum hodie forma eſſentialis in *priori* clauſula conſiſtat Carpz. *P.* 2. C. 16. *n.* 6.7. P. 2. *Dec.* 119. *n.* 14. *conf. Willenberg Dp. de dubiis jurament. formulis ex principiis juris Nat.* §. 11. *Ged.* 1702.

§. XII.

Quomodo ſententia digitorum injungens amputationem interpretanda.

Demonſtravimus itaque abſciſſionem digitorum ſecutam olim fuiſſe crimen perjurii, dubium vero adhuc reſtat, num toti digiti, an vero priores ſaltem articuli ſint intelligendi? Ante nonnulla ſecula inprimis ea agebatur quæſtio, verum *Menſ. Nov.* 1598. *Scabini Electorales* mitiorem interpretationem elegerunt, adeoque articulorum per ſententiam injunxerunt mutilationem. *Carpz. Pr.* Cr. *Qu.* 47. *n.* 11. formula hinc pronunciandi ſequens apparet. So wird der Gefangene wegen ſolch ſeines begangenen und bekanten Meyneyds

eyds mit Abhauung der fördern Glieder der beyden Finger, damit er geschwohren, des Landes anderweit billig verwiesen. Ac referente *Carpz. all. loc. n.* 14. judicatum est, Ist A. L. auf 5. Jahr nach geleisteten Urpheden des Landes verwiesen worden, deme aber zu wieder sich ohnlängst allhier betreten lassen, so wird er wegen solch begangenen und bekanten Meyneyds mit Abhauung der förder Glieder, derer beyden Finger, womit er geschworen, anderweit auf 5. Jahr lang des Landes billig verwiesen, V. R. W. Quod si quis digitos, quibus urphedam præstitit, casu amiserit, ita ut contra fidem reduci in patriam aut regionem, ii digiti amputari non possent, eo in casu alios eorum loco esse eligendos *Jenenses anno* 1576. *mens. Nov.* responderunt, *conf. Coler. Part.* 1. *Dec.* 114. *n.* 9. quod tamen negat *Carpz. Qu.* 47. *n.* 37. quia constitutio expresse eos scindendos jubet, cum quibus jurisjurandi peractæ sunt solennitates. Imo eo extendit, ut ne reliqui eorundem digitorum articuli sint truncandi. *Qu all. n.* 39. Alia quoque exurgit quæstio, si quis redierit, adeoque juramenti sanctitatem violaverit, verum iterum aufugerit, an eo in casu executio in ejus effigie celebrari queat? Cumque iste procedendi modus sit usitatissimus, sæpeque executio pœnæ capitalis in effigie perpetretur, non injuste respondetur, id si affirmamus. *conf. J. H. Felzii Dp. de Execut. in effigie* §. 10. *Argent.* 1706. ac idem & in defunctis fieri potest. Simile hinc exemplum refert *Ad. Beier de Expens. Execut. criminal. C.* 15. *n* 806. Inquit enim, als ein Reuter vor weniger Zeit seinen Wirth zu Magdeburg erschossen und ihm von denen ICtis das Schwerdt zuerkant worden, dieser aber Tages vor der Execution gestorben, so ist respondiret worden, daß dennoch des verstorbenen Kopf mit dem Schwerd abzuschlagen, und hernach auf den Pfahl zu stecken sey, welches auch geschehen, daß der Cörper auf einen Stuhl fest gebunden, und ohnerachtet aller protestation des Scharfrichters, der diese action seinem neuen Schwerde sehr nachtheilig erachtet, also enthauptet worden.

§. XIII.

§. XIII.

Impedimenta dictæ pœnæ.

Cum vero in infligendis pœnis ſedulo circumſtantiæ ſint obſervandæ, ſtatim quoque in violatione urphedæ ad dictam non procedi poteſt pœnam. Præterquam enim quod ſupra enarrata requiſita neceſſario adſint, alios etiam profert caſus *Berger all. Dp. de Vrpheda* C. *6. th. 3.* §. 12. ubi perperam amputatio digitorum obtinet 1) ſi reus absque præcedente ſententia ICtorum relegatus, urphedam juraverit ac redierit. 2) ſi perjuro digiti jam amputati. 3) ſi relegatus nondum exceſſerit provinciam. *conf.* Carpz. *Qu.* 47. *n.* 31. *ſeqq.* Si vero fateamur quod res, non poſſumus non monere, eam pœnam non adeo frequenter in reos ſtatui; quoties enim incidit aliquot ad eam *declinandam momentum*, amputatio membri *non ſolet dictari*. Et hæc cauſa, cur præjudiciis *noviſſimis de hac pœna* agentibus, noſtram exornare non poſſimus diſſertationem. Abrumpimus ergo filum, nec diutius, quanquam multa adhuc adjici *poſ*ſent, Te, L.B. detinemus, potius Tuum porro *nobis ſalvum*, ut conſerves favorem, neque digitum aut *latum unguem* ab animo, nobis, ut ſperamus, nunc propenſo diſcedas, rogamus.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schamberg, Caspar Friedrich,

De iure digitorum ... disp = Vom Finger-Recht

Lipsiae 1747

4 Diss. 2188#Beibd.23
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10830165-5
VD18 15143090-001